b *De euictione.* ſcilicet hereditatis cum fideiuſſore: niſi hoc actũ eſt: ſed cauere tantùm debet: vt infra de euictio. l. emptori. Pro rebus autem ſingularibus nec ſatiſdare nec cauere debet, vt hîc: quia aut eſt hereditaria res euicta: & tunc fit emptori iniuria ſi euincitur, quæ non debet tangere venditorem: vt infra de euic. ſi per imprudentiam. niſi fortè emptor nullam cauſam iniuſtæ damnationis præbuit: vt infra de fideiuſ. l. exceptione. Si autem non erat hereditaria, non eſt vendita: cùm id agatur, vt nec amE plius nec minus pertineat ad emptorem, quàm pertineat ad vẽditorem: vt hîc. niſi venditor affirmauerit rem illam eſſe hereditariam: vt infra eod. l. niſi. Quod autem dico pro re ſingulari euicta non agi, verum eſt, niſi ſit euicta, quaſi non ſit heres qui vendidit. nam tunc etiam pro re ſingulari euicta agitur: vt not. C. de euict. l. j. & hoc etiam ſi non eſſet promiſſum de euictione: vt ſupra de contrahen. empt. l. in vendendo.

c *De ſuo facto.* ſcilicet quòd ſi quid ex hereditate fuerit conſecutus, idem reddat: vt. j. eo. l. venditor ex hereditate. in prin. Acc.

d *Veniſſe.* ſcilicet in venditione hereditatis. Et ſic not. inſpici tẽpus contractus. ſic. ſ. de contrahen. empt. l. Rutilia. & l. in lege. Si autem agatur, quod plerumq; fit, quòd tempus mortis defuncti inſpiciatur: tunc habẽt locum cautiones de quibus dicit. j. ea. l. §. perueniſſe. & §. ſed & rerum. & §. non tantùm. Accurſius.

e *Subſtitutus.* qui vnâ cum pupillo erat inſtitutus: & ita partem hereditatis paternæ vendidit.

*Veniat.*

a *Veniat*.vt infra de le.iij.l.ſi Titius ex parte.
b *Hereditas eſt*.vt inſtit.de pup.ſubſt.§.igitur.
c *Maximè*.abundare videtur.ſic &.C.de teſt.ma.l. fin. §. j. aliàs contra.ſ.eo.l.j. Vel dic tenere in ea,vt in acceſſoria: quia in paterna tenet:vt argu. ſupra de contrahen. empt. l. in modicis.&.j. de vulg. & pupil.ſub.l.patris & filij.Accurſius.
d *Perueniſſe*. exponit verbũ perueniſſe,quod eſt.ſ.§.in hereditate.
e *Tribuere*. nam videtur res perueniſſe,eo ꝗ habet actionẽ:vt. ſ. de pet.here.ſi quid poſſeſſor.§.ſed & an bonę fidei.
f *Perueniſſe*.& ſic tenetur ea præſtare.nõ ergo tempus cõtractus, ſed præcedẽs inſpicitur.Et ſic eſt cõtra.ſ. ea. l. §.j. Solu.hîc fuit actum vt tempus mortis inſpiceretur:vt & ibi dixi. Vel dic hoc ideo, quia pretium loco rei eſt, vt in actione ex empto vniuerſali:ſicut in peti.here.vt.ſ. de peti. here. ſi & rem pretium.

† Facit ad hũc.§. gl in c. quærenti. ſuper ver. ad integrũ. antè med. l. verſi. ſed po ne. extra de offi. dele.

g *Negabitur*. ſic &. ſ. de peti.her.l.vtrum. & infra ad Trebel.l.cogi. §.j.&.j.de verbo. ſign. l.aliud.
h *Sed & rerum*. quia hoc caſu actum eſt, vt quæ erant in bonis tẽpore mortis, veniãt in vẽditione: vt.ſ.e.l.§.j. diximus aliàs ſecus: vt ſ.de peti.here.l.vtrũ.
i *Quod quandoque*. hoc ſemper accipe quando actum eſt vt tempus mortis inſpiciatur: vt dixi ſupra ea.l.§.j.
k *Quẽ*. id eſt aliquem debitorem hereditatis.
l *Poſſet adipiſci*. Nota quem teneri ad adquirendum & recuperandum.ſic in domino qui tributoria conuenitur: vt ſupra de tribu. illud §. ſed ſi mercedem. & in procuratore: vt ſupra mand.l.dolus.& in poſſeſſore hereditatis malæ fidei: vt ſupra de peti. here. ſed & ſi. §. perinde. ſimiliter etiã captiuo imputatur, ſi non redeat cùm poſſit, vt ei ius poſtlim. denegetur:vt.j. de cap. l. ſi capti. in princ. aliud autẽ in eo qui in fraudem creditorum non adquirit: vt. j. quæ in frau.cre. l. qui autẽ. in princ.vel patroni:vt.j. ſi quid in frau.pat.l.j.§. vtrum.Accurſius.

Ad adquirẽdũ & recuperãdum quis tenetur.

m *Lata culpa*. item de leui:vt infra de peri. & com.rei ven.l.cuſtodiam.cùm vtriuſque gratia hic contractus celebretur:vt inſti.qui mo.re con.ob.§.fin.
n *Deperdita*.quæ expone vt.ſ.de peti.here.l.deperditum.

A tem teſtatoris, an etiam id quod ex impuberis hereditate ad eum qui vendidit hereditatem peruenit, ex empto actioni locum faciat,& magis eſt ne veniat:[a] quia alia hereditas eſt.[b] Licèt enim vnum teſtamentum ſit, alia tamẽ atque alia hereditas eſt. Planè ſi hoc actum ſit, dicendum erit etiã impuberis hereditatem in venditionem venire, maximè [c] ſi iam delata impuberis hereditate venierit hereditas. Perueniſſe [d] † ad venditorem hereditatis quomodo videatur, quæritur. Et ego puto, antequam quidem corpora rerum hereditariarum nactus vẽditor fuerit, hactenus videri ad eum perueniſſe, quatenus mandare poteſt earum rerum perſecutionẽ, actionéſque tribuere.[e] Enimuero vbi corpora nactus eſt, vel debita exegit: plenius ad eum videri perueniſſe. Sed & ſi rerum venditarum ante hereditatẽ venditam pretia fuerit conſecutus: palam eſt ad eum pretia rerum perueniſſe.[f] Illud tenẽdum eſt, cum effectu videri perueniſſe, nõ prima ratione. idcirco quod legatorum nomine quis præſtitit, non videtur ad eum perueniſſe. Sed & ſi quid æris alieni eſt, vel cuius alterius oneris hereditarij: perueniſſe merito negabitur.[g] Sed & rerum[h] ante venditionem donatarum pretia præſtari, æquitatis ratio exigit. Non tantum autem quod ad venditorem hereditatis peruenit, ſed & quod ad heredem eius ex hereditate peruenit: emptori reſtituendum eſt. Et non ſolùm quod iam peruenit: ſed & quod quandoque [i] peruenerit, reſtituendum eſt.

Ad venditorem dicitur peruenire, non ſolùm quod in veritate peruenit, ſed illud quod dolo malo & culpa fecit quo minus perueniret: qui dolus malus conſideratur nõ ſolùm in commiſſione rei adquiſitæ: ſed etiam in nõ adquirendo. Baldus.

Sed & ſi quid dolo malo eorum factum eſt quo minus ad eos perueniat, & hoc emptori præſtandum eſt. Feciſſe autem dolo malo quo minus perueniat, videtur, ſiue alienauit aliquid, vel etiã accepto quem [k] liberauit: vel id egit dolo malo ne de hereditate adquireretur, vel ne poſſeſſionem adipiſceretur quam poſſet adipiſci.[l] Sed & ſi non dolo malo, ſed lata culpa[m] admiſerit aliquid, vtique tenebitur. Deperdita[n] autẽ & deminuta ſine dolo malo[o] venditoris non præſtabuntur.

Illud quæſitum eſt, an venditor hereditatis ob debitum[p] à filio ſuo, qui in poteſtate eius eſſet, ſeruóve, ei cuius hereditatem vẽdidiſſet, præſtare debeat emptori. Et viſum eſt, quicquid dumtaxat de peculio filij ſeruive, aut in ſuã rem verſum inueniatur, præſtare eum debere.[q]

Venditor hereditatis ſi indebitum exegit, emptori præſtare non debet: & ſi indebitum ſoluit, emptori imputari non debet, niſi ſoluatur per ſententiam. Vel ſic: Illicitum lucrum non venit in reſtitutione huius. §. Et iniurioſa ſententia lata contra venditorem, no cet emptori. Baldus.

Solet quæri, an & ſi quid lucri occaſione hereditatis venditor ſenſerit, emptori reſtituere id debeat. Et eſt apud Iulianum hæc quæſtio tractata libro ſexto Digeſtorum: & ait, quod non debitum exegerit, retinere heredem: & quod non debitum ſoluerit, non reputare.[r] nam hoc ſeruari, vt heres emptori non præſtet quod non debitum exegeret: neque ab eo conſequatur, quod non debitum præſtiterit. Si autem condemnatus[s] præſtiterit: hoc ſolum heredi ſufficit, eſſe eum condemnatum[t] ſine dolo malo ſuo, etiam ſi maximè creditor non fuerit is cui cõdemnatus eſt heres. quæ ſententia mihi placet.

Venditor actori non ſolùm actiones hereditarias cedere debet, ſed etiam actiones proprias ex ſuo facto ſibi competẽtes. Bal.

Non ſolùm autem hereditarias actiones, ſed etiam eas obligationes quas ipſe heres[u] conſtituit, dicendum erit præſtari emptori debere. Itaque & ſi fideiuſſorem acceperit ab hereditario debitore: ipſam hanc actionem quam habet heres, præſtare emptori debebit. Sed & ſi nouauerit, vel in iudicium deduxerit actionem: præſtare debebit hanc ipſam actionem quam nactus eſt.

Sicuti lucrum omne ad emptorem hereditatis reſpicit, ita damnum quoque debet ad eundem reſpicere.[x] Denique ſi rem hereditariam heres vendiderit,[y] ac per hoc fuerit condemnatus,[z] non habet contra emptorem[a] actionem:[b] quia non ideo con-

o *Sine dolo malo*.ſubaudi,& culpa.
p *Ob debitum*. dico ei cuius,&c.
q *Præſtare eum debere*. Sed qđ tẽpus hîc ſpectatur,vt ſciamus quãtum ſit verſum? Reſpõ. fortè mortis creditoris:vt.ſ.de pec.l.eo.tẽpore.§.ſi creditor. Vel aliud in Falcidia, propter quã ibi dicit, quã in venditione hereditatis: quia hîc præſtat omnia quæcumque & antè & poſt venditionem adquiſiuit: vt.ſ.e. l.§.perueniſſe.vſque ad hunc.§.Accurſius.
r *Non reputare*.ſic & in bonę fidei poſſeſ.here. vt.ſ.de peti.her.ſi poſſeſſor.§.bonę fidei.Sed procurator reddit: ſed non imputat: vt. ſ. de procu.l.qui proprio.§. procurator vt in cæteris. & negotiorum geſtor:vt.ſ.de nego.geſt. ſi quis negotia. Accur.
ſ *Condemnatus*.ſ.heres, etiam iniuſtè.Accur.
t *Condemnatũ*. ſi tamẽ hoc ipſo ꝗ eſt heres, cõdemnatur: alioquin cõtra:vt.j. §. denique. Sic no. ꝗ ſolutũ indebitum extra iudiciũ nõ reputat:ſed per iudiciũ ſolutum ſic, ſi bo. fi.vt dixit:non ſi per contumaciam fortè:vt.ſ.pro ſocio.l.cum duobus.j. §.ſi.&.j.de euictio.l. ſi ideo.Accurſius.
u *Ipſe heres*. contra fideiuſſorem: vt.j. eo.l. emptori.Has autem actiones habet emptor vtiles, etiã ſine ceſſione, ſi à defuncto venierit:vt.C.eo.l. emptori. Si autem ipſe heres de nouo eas adquiſiuit: neceſſaria eſt ceſſio, vt dentur emptori: ſicut in ea hereditate quæ p Trebellianum eſt reſtituẽda: vt infra ad Tre. ſi heres pecuniam. Ac.
x *Eundẽ reſpicere*. Nam ibi lucrũ,&c. vt. C. de fur.l.fin.§. ſed tales. & ſ.pro ſoc.l.ſi igitur.
y *Vendiderit*. non emptori hereditatis qui poſtea emit hereditatem:ſed cuidam alij.
z *Condemnatus*. nomine duplæ promiſſæ ſi res foret euicta.Acc.
a *Emptorem*.ſcilicet hereditatis.Accur.
b *Actionẽ*.contra emptorẽ hereditatis pro pecunia ſoluta.

a *Abſit venditori*.vel ſit abfuturum:vt infra ea.l.in fine.
b *Actionem*.ſcilicet ex vendito,vel tributo,vel exercitoriam vel inſtitoriam.
c *Apud Iulianum*. de peculio intra annum: quod eſſe poteſt.
d *Conſequi*. de natura eius venditiones.
e *His enim caſibus*. ſcilicet quando de peculio,vel de in rem verſo agitur: vel etiam quod iuſſu,vel tributoria,vel exercitoria,vel inſtitoria.
Maleficia noxam ſequunrur. f *Ex cæteris*. puta ex maleficiis quæ noxam ſequuntur: vel etiam ſi ex ſuo iuſſu. Accur.
g *Suo nomine*.cum ipſe ſeruũ habeat: vt inſtit. de noxa.§.omnis.
h *Cõdemnatur*. ſcilicet venditor qui retinuit.
i *Non petere*.ex natura contractus:ſed iure pacti,ſi trãſeat ad emptorem. Accur.
k *Hoc*. ſic enim excipiendo,cum ſuo onere excipit:& ſic non eſt iã onus emptoris: & ſic non repetit ex natura contractus.
l *Hoc haberet*. ſcilicet venditor:puta ſi dixit, ideò retineo peculiũ, vt ſit meũ quod ſupererit ſatisfactis creditoribus. deficere autem non poſſet, cùm vltra quantitatẽ peculij non teneatur.
m *Contra actum eſt*.ſcilicet quòd ſuperfluum ſit emptoris. Accur.
n *Rectè repetere*. ſcilicet quicquid peculiari nomine ſolueretur, repeteret: licèt peculiũ excepiſſet. Vel dic, ea intẽtione excepit vt creditoribus teneretur ſãtisfacere,ex ea certè repetet ab emptore qđ prę̃ſtiterat creditorib9. Azo. Sed tũc quomodo repetit,cum habeat quod excepit? Reſpon. retinendo:vt.j.de Carbo. edic. l.j. Vel quia de facto peruenerat ad emptorem. Sed nonne etiam ſuperiori caſu eſſet idem, ſi ad emptorẽ perueniſſet? Reſpon. ibi repetet: quia excepit non ex natura cõtractus: quia ſoluerat de ſuo. hîc quia de ſuo ſoluit, & ſecũdum hoc excepit: non vt ſe oneret, & emptorem exoneret:ſed cauſa remouẽdæ dubitationis: argu.ſ.man.l. qui mutuam. & vt magis haberet ad manus. vnde hoc caſu agit ex natura cõtractus ſi de ſuo ſoluit, ac ſi non excepiſſet. ſed certè & ex pacto poſſet agi præſcriptis verbis vel ex vendito informata, & ſecundũ hoc habent locum gloſſę hîc poſitæ.

A demnatur, quòd heres eſſet, ſed quòd vendiderit. Sed ſi pretium rei diſtractæ emptori hereditatis dedit, videamus an locus ſit ex vendito actioni. & putem eſſe.

Siue ipſe venditor dederit aliquid pro hereditate, ſiue procurator eius, ſiue alius quis pro eo dum negotium eius gerit: locus erit ex vendito actioni, dummodo aliquid abſit venditori [a] hereditatis. cæterùm ſi nihil abſit venditori conſequens erit dicere non competere ei actionem. [b]

Non ſummatur,quia diſtinguit: ſed not. in diſtinctione iſtius. §. hoc dicit. Venditor hereditatis, qui excepit ſeruum cum peculio: eatenus onera peculij agnoſcere debet,quatenus non repetet.& in hoc ſolùm not. rationem. §. Aut venditor ſoluit pro onere quod debet ſequi emptorem,& repetit: aut pro onere quod debet ſequi ipſum venditorem, & non repetit. Baldus.

Apud Iulianum [c] ſcriptum eſt, ſi venditor hereditatis exceperit ſeruum ſine peculio, & eius nomine cum eo fuerit actum de peculio, & in rem verſo: id dumtaxat eum conſequi, [d] quod præſtiterit eius peculij nomine quod emptorẽ ſequi debeat, aut quod in rem defuncti verſum eſt. His enim caſibus [e] æs alienum emptoris ſoluit, ex cæteris [f] cauſis ſuo nomine [g] condemnatur. [h] Quid ergo ſi ſeruum cum peculio exceperit venditor hereditatis,cõuentúſque de peculio præſtitit? Marcellus libro ſexto Digeſtorũ non petere [i] eum ſcripſit: ſi modò hoc [k] actum eſt. vt quod ſuperfuiſſet ex peculio, hoc haberet: [l] at ſi contra actum [m] eſt, rectè repetere [n] † eum poſſe ait. [o] ſi verò nihil expreſſim inter eos conuenit, [p] ſed tantummodo peculij mentio facta eſt: [q] ceſſare [r] ex vendito actionem conſtat.

† petere.

Baldus dicit hîc quòd non poteſt ſummari: quia diſtinguit. Tu dic quando res ſingularis excipitur,videtur actum vt omne damnum contingens antè venditionem,pertineat ad emptorem: ſed contingens poſt,ad venditorem.

Si venditor hereditatis ædes ſibi exceperit,quarũ nomine damni infecti promiſſum fuerat: [s] intereſt quid acti ſit. Nam ſi ita excepit,vt damni quoque infecti ſtipulationis onus ſuſtineret: nihil ab emptore cõſequeretur. Si verò id actũ erit, vt emptor hoc æs alienum exſolueret,ad illum onus ſtipulationis pertinebit. [t] Si non apparebit quid acti ſit:veriſimile erit id actum, vt eius quidem damni nomine quod ante venditionem datum fuerit, onus ad emptorẽ, alterius tẽporis ad heredem pertineat.

Emptor hereditatis, venditori præſtat id quod heres extraneus præſtaret. hoc dicit.

Si Titius [u] Mæuij hereditatem Seio vendiderit, & à Seio heres inſtitutus eam hereditatem [x] Attio [y] vendiderit:an ex priore venditione hereditatis cum Attio agi poſſit? Et ait Iulianus, quòd venditor hereditatis [z] petere à quolibet extraneo herede potuiſſet,id ab hereditatis emptore [a] conſequetur. Et certè ſi Seio alius heres extitiſſet:quidquid venditor Mæ-
C uianæ hereditatis nomine præſtitiſſet, id ex vendito actione conſequi ab eo potuiſſet. Nam & ſi duplam [b] hominis à Seio ſtipulatus fuiſſem,& ei heres extitiſſem, eámque hereditatem Titio vendidiſſem:euicto homine,rem à Titio ſeruarem. [c]

Vendita hereditate inter contrahentes, habetur perinde ac ſi venditor nũquam fuiſſet heres, & emptor fuiſſet ab initio inſtitutus. hoc dicit cũ.§.ſequen. Iaco. But.

D Si quid publici vectigalis nomine præſtiterit venditor hereditatis,conſequens erit dicere, agnoſcere [d] emptorem ei hoc debere. namque hereditaria onera etiam hæc ſunt. Et ſi fortè tributorum [e] nomine aliquid dependat, idem erit dicendum. Quod ſi funere facto heres vendidiſſet hereditatem,an impenſam funeris ab emptore conſequatur? Et ait Labeo emptorem impẽſam funeris præſtare debere: quia & ea, inquit,
E impenſa hereditaria eſſe.* cuius ſententiam & Iauolenus putat veram, & ego arbitror. Cùm quis debitori ſuo heres exiſtit, confuſione creditor eſſe deſinit. [f] ſed ſi vendiderit hereditatem, æquiſſimum videtur emptorem hereditatis, vicem heredis obtinere: & idcirco teneri [g] venditori hereditatis, ſiue cum moritur teſtator debuit, quamuis poſt mortem debere deſiit adita à vẽditore hereditate: ſiue quid in diem de-

o *Poſſe ait*. cùm enim onus ſit peculij:& emptor hoc caſu habeat peculiũ,repetit ab emptore venditor ſi quid de ſuo ſoluit. Accur.
p *Conuenit*. ſcilicet de eo quod ſupererit,cui9 eſſe debeat.
q *Mentio facta eſt*.ſcilicet excipiendo.
r *Ceſſare*. ſic ergo præſumitur in dubio actũ vt ſuperfluum ſit vẽditoris, vt non detur ei actio. Accurſius.
ſ *Promiſſum fuerat*. à defuncto vel ab herede. Accurſius.
t *Pertinebit*.eodẽ modo diſtingues ſi exceperit ædes vel fundũ: cuius occaſione aliquid adquiſiuit venditor poſtea:vt.j. eo.l.fi. quæ eſt contra.licèt ibi non videatur diſtinguere, ſed indiſtinctè reddi emptori. & facit ad hũc.§. C. de pericu. & commo.l.j. Accur.
u *Si Titius*.venditor.
x *Eam hereditatem*. ſcilicet Seianam.
y *Attio*.ſ.cuidam qui vocabatur eodẽ nomine vt ipſe vẽditor. Acc.
z *Hereditatis*. ſcilicet Mæuianæ: vt quia aliquid tunc ſoluerit Titius heres idémq; venditor creditoribus Mę uij, vel etiam procurator eius,qui poterat ab emptore primo repetere: vt.j. proxi.§.&.ſ. ea.l.§.ſi autem.
a *Emptore*. ſcilicet ſecundo. Accur.
b *Duplam*.ſimilem caſum ponit, vt probet ſolutionẽ præmiſſam.
c *A Titio ſeruarem*. in ſimplũ fortè, ad inſtar eius qui fuit heres vero domino ſerui quem à non domino emerat: vt.j. de euict. l. ſi ei.§. itẽ ſi domino. &.j. ad l.Fal.cùm emptor. Vel dic ſecus hîc eſſe: quia vẽditor pro herede nõ habetur: ſed emptor: vt.j.ea.l.§.pen.
d *Agnoſcere*.i.reddere debet venditori.
e *Tributorũ*. tributum capitib9, vectigal prædio imponitur.
f *Deſinit*.vt. C. de pactis.l.debitori.&.j. de ſol.l. Stichũ.§. aditio.
g *Teneri*. actione qua prior debitor tenebat: cùm omnia ſint perinde ac ſi non fuiſſet heres:vt hîc,&.ſ.de inof. teſta.

* ſit.

teſta.eum qui.§.fin. Vel condictione indebiti ad ipſum quod eſt ſolutum: vt ſupra de condict. inde.ſi is qui,&c. Vel etiam contra ex vendito: vt infra proxi. Accurſius.

a *Cum emptore agatur.* vt ex maleficio: vt inſtitut. de perpe. & temp. actio.§. non autem.

b *Seruitutes.* quæ debebantur à prædio hereditario ſuo proprio.

c *Reſtituatur.* quia ſunt amiſſæ. ſic & ſupra cõmunia præ.l.ſi ei cuius prædium. & argu. infra de leg.j. legatarius. §.j. ſecus autẽ ſi emam prædium mihi ſeruiẽs, & reuendam: quia nõ reſtituitur ſeruitus amiſſa, niſi ſpecialiter imponatur: vt ſupra de ſer. vr. præ. ſi quis ædes. Idem not. hîc quòd actio ſemel extincta reſuſcitatur. ſic & ſupra ſi ex noxa.cauſa aga. l.ij. in fin. regulariter tamen contra: vt infra de ſol. qui res. §. aream. quæ eſt contra. Accurſius.

Actio extincta quando que reuiuiſcit.

SI venditor.] CASVS. Si venditor exegit pecuniam à debitoribus hereditariis: & exactam amiſit ſine dolo malo & culpa: an teneatur emptori? Dicitur quòd non. Viuianus.

SI nomen.] CASVS. Vendidi nomen debitoris mei. non teneor facere quòd ſoluendo ſit, ſed quòd debitor ſit, & quòd exceptione tutus non ſit: niſi in contrarium actum ſit. & ſi vendo nomen certæ ſummæ, puta decem: in tãtum teneor. ſi incertæ: quãtum eius intereſt. Et hoc dicit cum.l.ſequẽ. Viuianus.

d *Præſtare.* incipit tractare de ſecunda parte rubricæ. ſic eſt ergo periculo emptoris: vt hîc, & infra de euict. ſi plus. §. fin. & infra de ſolu. pupilli. §. ſoror. Sed an actio iniuriarum poſſit vendi? quidam quòd nõ antè lit. conteſta. quia non eſt in bonis: vt infra de iniur.l.iniuriarũ actio. poſt non: quia eſt litigioſa: vt. C.de liti.l.ij. Sed dico quòd ſic, antè litis conteſt.& quod dicit, non eſt in bonis: verum eſt vt tranſmittatur ad heredes. eſt tamen quo ad nos: quia eam intentamus & per nos, & per alios: vt infra de iniur.l.ſed ſi vnius.§.idem ait & ſi nepoti. Accurſius.

Iniuriarũ actio an ſit in bonis, & an vendi poſſit.

* Flo. vendidit.

beatur: ſiue ſub conditione, & poſtea conditio extitiſſet: ita tamen, ſi eius debiti aduerſus heredem actio eſſe poterat, ne fortè etiam ex his cauſis, ex quibus cum herede actio non eſt, cum emptore agatur.[a] Et ſi ſeruitutes[b] amiſit heres inſtitutus: adita hereditate, ex vendito poterit experiri aduerſus emptorem, vt ſeruitutes ei reſtituantur.[c]

Sed & ſi quid venditor nondum præſtiterit, ſed quoquo nomine obligatus ſit propter hereditatem: nihilo minus agere poteſt cum emptore.

### III. POMPONIVS *libro viceſimoſeptimo ad Sabinum.*

SI vẽditor hereditatis exactam pecuniam ſine dolo malo & culpa perdidiſſet, non placet eum emptori teneri.

Nota hanc.l.cum.l.ſequen.quæ non ſummantur: quia breues ſunt cum reliquis vſque ad.l.ſi quaſi heres. Baldus.

### IIII. VLPIANVS *libro trigeſimoſecundo ad Edictum.*

SI nomen ſit diſtractum, Celſus libro nono Digeſtorum ſcribit, locupletem eſſe debitorem non debere præſtare:[d] debitorem autem eſſe præſtare, niſi aliud conuenit.

### V. PAVLVS *libro trigeſimotertio ad Edictum.*

ET quidẽ ſine exceptione quoque: niſi in cõtrarium actum ſit. Sed ſi certæ ſummæ debitor dictus ſit: in eam ſummam tenetur venditor. Si incertæ, & nihil debeat, quanti intereſt[e] emptoris.

### VI. IDEM *libro quinto Quæſtionum.*

EMptori nominis, etiam pignoris perſecutio præſtari debet eius quoque, quod poſtea[f] venditor accepit. Nam beneficiũ venditoris prodeſt emptori.

### VII. IDEM *libro quartodecimo ad Plautium.*

CVm hereditatem aliquis vẽdit: * eſſe debet hereditas, vt ſit emptio. Nec enim alea[g] emitur, vt in venatione, & ſimilibus: ſed res.quę ſi non eſt(non *) contrahitur emptio: & ideo pretium condicetur.

### VIII. IAVOLENVS *libro ſecundo ex Plautio.*

QVod ſi nulla hereditas ad venditorem pertinuit: quantum emptori præſtare debuit, ita diſtingui oportebit, vt ſi eſt quidem aliqua hereditas, ſed ad venditorem non pertinet, ipſa æſtimetur. Si nulla[h] eſt de qua actum videatur: pretium dumtaxat,[i] & ſi quid in eam rem[k] impenſum eſt, emptor à venditore conſequatur.

### IX. PAVLVS *libro trigeſimoquarto ad Edictum.*

ET ſi quid emptoris intereſt.

### X. IAVOLENVS *libro ſecundo ex Plautio.*

QVòd ſi in venditione hereditatis id actum eſt,[l] ſi quid iuris eſſet venditoris, venire, nec poſtea quidquam præſtitu iri: quamuis ad venditorem hereditas non pertinuerit, nihil tamen ab eo præſtabitur: quia id actum eſſe manifeſtum eſt, vt quemadmodum emolumentum negotiationis, ita periculum ad emptorem pertineret.

### XI. VLPIANVS *libro trigeſimoſecundo ad Edictum.*

NAm hoc modo admittitur eſſe venditionem, *Si qua ſit hereditas, eſto tibi empta*: & quaſi † ſpes hereditatis. ipſum enim incertum rei veneat, vt in retibus.

### XII. GAIVS *libro decimo ad Edictum Prouinciale.*

HOc autem ſic intelligendum eſt, niſi ſciens[m] ad ſe non pertinere ita vẽdiderit. nam tunc ex dolo tenebitur.

### XIII. PAVLVS *libro quartodecimo ad Plautium.*

QVòd ſi ſit hereditas, etſi non ita conuenit, vt quidquid iuris haberet venditor, emptor haberet: tunc heredem ſe eſſe præſtare debet.

e ET *quidem. Intereſt.* vt in hoc intereſſe tantùm pretium & impenſa debeat æſtimari. & ſic non ob.infra eo. quòd ſi nulla.quæ eſt contra.vel lex ſequens ibi ſoluit. Accurſius.

EMptori.] CASVS. Si vendo nomen, debeo præſtare emptori perſecutionem pignoris etiam illius quod accepi poſt venditionem: quia beneficium venditoris debet prodeſſe emptori.

f *Eius quoque quod poſtea.* & ita demum, ſi fiat ceſſio: vt dixi ſupra eod.l. ij. §. non ſolùm. Sed à primo creditore accepta vtili actione etiam ab emptore petantur: vt. C. eod.l. emptor. & de act.& oblig.l.ſi in ſolutum.& facit infra eo.venditor actionis.

CVm hereditatem.] CASVS. Si vendo hereditatem, debeo facere quòd ſit hereditas. nam aliter non eſt venditio. non enim hîc alea venditur aut ſpes, ſicut æſtimandum eſt cùm quis emit venationem, vel ſimilia, putà iactum retis, & ſimilia: imò emit rem: & ſi non inueniatur, non eſt tunc emptio: vnde pretium condicitur. Viuianus.

* Sic Flo. Ant. Aug. lib.2. c.2. ait tamen fortè mendoſum eſſe & ſanè dicendum eſt, negationem non debere cãcellari.

g *Nec enim alea.* vt ſic non teneatur: vt ſupra de cõtrahen. empt. nec emptio. niſi hoc agatur: vt infra eod. quòd ſi in venditione. Accurſius.

QVod ſi.] CASVS. Si hereditas nulla ad venditorem pertineat: quantum præſtare debeat emptori, æſtimandum eſt: vt ſi ſit aliqua hereditas de qua agebatur: ſi ad venditorem non pertineat, præſtabit æſtimationem illius. an nulla ſit: & tunc debet pretium reſtituere: & ſi quid aliud emptor expendit, vel ſua intereſt. Viuianus.

h *Si nulla.* quia viuit.

i *Pretium dumtaxat.* vt ſupra eo. l. & quidem. contra. Sol. vt ibi.

k *Rem.* id eſt contractum.

QVòd ſi in vendi.] CASVS. Si in venditione dicatur, ſi quid iuris pertinet ad venditorem, id venit: nihil præſtabit venditor: quia hoc quidem expreſſè conueniſſe videtur; quòd ſicut lucrum negotiationis ad eum pertinet: ita & periculum pertinere debeat: quaſi ſpes hereditatis ſit in venditione. hoc autem ita intelligitur, ſi ignorans ad ſe pertinere, ita vendidit. cæterum ſi ſciẽs, tenetur de dolo. Sed ſi ſit hereditas, & conueniat vt idem ius habeat emptor quod habet venditor: debet præſtare ſe heredem eſſe. liberatur verò ſi ſic conuenerit vt quicquid iuris,&c.& hoc dicit cum.l.ſe. vſque ad.l.qui filiifamil. Viuianus.

† ſi qua ſit.

l *Id actum eſt.* vt ſupra de contrahen.empt.nec emptio.

m HOc autem. Niſi ſciens. nota quòd ſciens tenetur, qui aliàs non teneretur: vt infra de act. empt.l. tenetur.§.fin.& de ædil.edic. quæritur. §.ſi venditor. &.C.credi.euict.pign.non de.l.fin.Sed argu.contra infra de accept.l.an inutilis.j.reſpon.&

infra qui.mo.pignus vel hypo. ſolui.l.ſicut.§.non videtur.& facit ſupra de contrahen.empt.l.ea quæ.

a *Qvod ſi.liberatur*. id eſt non tenetur.& ita impropriè ponitur: vt infra de verb.obl.l.decem.Accurſius.

*Qvi filiuſfam.*] CASVS. Vendidi id quod debet mihi quidam filiuſfamil. Dicitur quòd ego debeo præſtare actiones quas habeo contra patrem. [SI HEREDITAS.] Si vendo alicui hereditatem,debeo ſibi tradere omnes res hereditarias: neque intereſt quanta fuerit hereditas, niſi nominatim actum fuerit. & hoc dicit cum.l.ſequen.

b *Nomina*.id eſt actiones quas habet contra filium, debet præſtare de pecu.

c *Cum patre*. quia acceſſorias:vt.ſ.eo.l. antepen.&.ſ. de Public. l.ſi ego.§.idem ait.

d *Tradere*. ſic & ſupra eod. l. ij. §. perueniſſe. Accurſius.

e *Niſi de ſubſtãtia. Adſirmauerit*. ſic &.ſ.de ædil.edict.l. ſi quid. §.fi. & infra de euict.l.ſeruũ venditor.

*Si quaſi heres.*] CASVS. Vendidi tibi hereditatẽ quaſi heres, cũ mihi eſſet reſtituta ex ſenatuſcõ. Treb. teneor tradere emptori quãti ſua intereſt propter Falcidiã ab herede retentam.Viuia.

f *Quanti emptoris intereſt*. ſcilicet propter Falcidiam quam modo nõ habet emptor:quia penes heredem rogatũ remanſit: vt inſtitu. de fideicommiſſ. heredit. §.reſtituta. idem propter iura ſepulchrorũ & operas libertorum, ſecundùm quoſdam: vt infra ad Trebel. ſi patroni. &. l.quia perinde. §. j. ſed hoc non placet: quia non pertinent ad emptorem: ſicut nec ad fideicommiſſariũ:vt ibi dicitur.

Illo verò adiecto, liberatur[a] venditor, ſi ad eum hereditas non pertineat.

XIIII. IDEM *libro trigenſimotertio ad Edictum*.

Qvi filiiſfamiliâs nomina[b] vendidit, actiones quoque quas cum patre[c] habet, præſtare debet. Si hereditas venierit, venditor res hereditarias tradere[d] debet. Quanta autem hereditas eſt, nihil intereſt:

XV. GAIVS *libro decimo ad Edictum Prouinciale*.

Niſi de ſubſtantia eius adſirmauerit.[e]

Vendens tanquam heres, cùm ſit fideicommiſſarius vniuerſalis: tenetur ad intereſſe emptori. Baldus.

XVI. PAVLVS *libro trigenſimotertio ad Edictum*.

Si quaſi heres vendideris hereditatem, cùm tibi ex ſenatuſconſulto Trebelliano reſtituta eſſet hereditas: quanti emptoris intererſit[f] teneberis.

XVII. VLPIANVS *libro quadragenſimotertio ad Edictum*.

Nomina eorum qui ſub conditione vel in diem debent, & emere & vendere ſolemus. ea enim res eſt, quæ emi & venire poteſt.[g]

Si vnus ex pluribus heredibus pecuniam quę à teſtatore ſub pœna debetur, ſoluit,& hereditatem aliis heredibus vendit: poteſt illud ſolutum ab emptore repetere.Baldus.

XVIII. IVLIANVS *libro quintodecimo Digeſtorum*.

Si ex pluribus heredibus vnus, antequam cæteri adirent hereditatem,[h] pecuniam quæ ſub pœna debebatur à teſtatore, omnem ſoluerit,& hereditatem vendiderit, nec à coheredibus ſuis propter egeſtatem eorum quicquam ſeruare poterit: cum emptore hereditatis vel ex ſtipulatu[i] vel ex vendito rectè experietur. Omnem enim pecuniam hereditario nomine datam[k] eo manifeſtius eſt,quòd in iudicio familiæ erciſcundæ ducitur:[l] * per quod nihil ampliùs vnuſquiſque à coheredibus ſuis conſequi poteſt, quàm quod tanquam heres impenderit.[m]

XIX. IDEM *libro vicenſimoquinto Digeſtorum*.

Mvltum intereſt, ſub conditione aliqua obligatio[n] veneat, an cum ipſa obligatio ſub conditione ſit,purè veneat. Priore caſu, deficiente cõditione nullam[o] eſſe venditionem: poſteriore ſtatim venditionem conſiſtere. Nam ſi Titius tibi decem ſub conditione debeat,& ego abs te nomen eius emam: confeſtim ex empto vendito agere potero, vt vel acceptum[p] ei facias.

XX. AFRICANVS *libro ſeptimo Quæſtionum*.

Si hereditatem[q] mihi Lucij Titij vendideris, ac poſt debitori eiuſdem heres exiſtas:[r] actione ex empto teneberis.[ſ] Quod ſimplicius etiam in illa propoſitione procedit, cum quis ipſe creditori ſuo heres exſtitit, & hereditatem vendidit.[t]

Iſta lex ſecundum gloſ. habet tres partes, per quas ponit caſum quæ lex eſt not.& menti tenenda. & hoc dicit. Vbi venditur vniuerſitas, pretiũ ſuccedit loco rei. ſed vbi venditur vel quaſi venditur res ſingularis, pretiũ vel pœna ab alio exacta loco rei non ſuccedit, nec eſt propriè in obligatiõe. Bal.

*Nomina.*] CASVS. Si habeam debitorem ſub conditione vel in diem: talia nomina bene poſſum vendere. Viuianus.

g *Poteſt*. vt.C. de dona.l. ſpem. ergo & pignerari: vt infra de pign.l.ſed & quod.§.j.Accurſius.

*Si ex plurib.*] CASVS. Plures erant heredes: vnus ex illis ſoluit æs alienum: quod teſtator ſub pœna ſoluere tenebatur: & vendidit hereditatem.neque poteſt aliquid de eo quod ſoluit conſequi à coheredibus, propter inopiam eorum.an ab emptoribus conſequatur? Dicitur quod ſic.& inducit argumen. quòd poſſet filius conſequi per iudicium familiæ erciſcun.de eo quod tanquam heres impendiſſet. Viuianus.

h *Hereditatem*.ſcilicet totam coheredibus ratum habentibus.

i *Stipulatu*. emptæ & vẽditæ hereditatis:vt.ſ.eo.l. venditor ex.

k *Datam*. ſcilicet eſſe.

l *Deducitur*. ſcilicet pecunia dicta.

m *Impenderit*. vt.ſ.fami.erciſ. & puto.§.ſi dolo. &.l.qui erat.ſed contra.l.heredes.§.ſi filius.Sol.ſpeciale eſt in filiis: vt ibi.Acc.

*Mvltum.*] CASVS. Si vendam alicui id quod mihi purè debetur,ſub conditione:venditio non eſt antequam conditio exiſtat. ſed ſi vendam purè id quod mihi ſub conditione debetur,emptio ſtatim contrahitur, & ſtatim poteſt agi ex empto, ſaltem vt acceptum debitori meo faciam. Viuianus.

n *Obligatio*. pura.

o *Nullam*. ſic ſupra de contrahen.empt.l.ſi quis fundum.

p *Acceptum*.ſic.ſ.mãda.idémque.§.ſi cui.

*Si hereditatem.*] CASVS. Vẽdidiſti mihi hereditatem Lucij, & poſtea extitiſti heres debitori eius: an tenearis mihi per acti. ex empto præſtare debitum? Dicitur quòd ſic. & illud magis expeditur in alia quæſtione, cùm venditor ſuccedat creditori ſuo: & ita heredi.vendat:quia illud debitum tenetur præſtare per ac. ex empto.Viuianus.

* Vulg. deducitur.

q *Si hereditatem*. eiuſdem Lucij Titij.

r *Exiſtas*. & ſic es factus debitor hereditatis.

ſ *Teneberis*. ſic ſupra de pecul. ſi creditor. j. reſpon. ſic ecõtra agit ex vendito, ſi creditori ſucceſſit: vt infra eo.l. pen.& infra proxi.

t *Vendidit*.nam & hîc tenetur ex empto:quia debitor eſt hereditatis ex præterito.Accur.

*Venditor.*] CASVS. Vendidi hereditatem, & interpoſui ſtipulationem de eius reſtitutione quod ad me de hereditate perueniret. perſecutus ſum poſtea rem hereditariam. vendidi eam alij. quæritur an tenear ad rem,an ad pretium. Dicitur quòd ſtipulatio bis non committitur: id eſt nõ datur ad rem, & ad pretium. vnde ſi fuerit ſtipulatio interpoſita poſt venditionem rei,venit pretium in ſtipulatione.ſi antè, venit ipſa res: licèt idẽ non ſit in eo qui mihi promiſit Stichũ,quòd nõ tenetur eo mortuo antè moram, licèt ſuperiori caſu teneatur: quia in caſu ſuperiori videtur iſte potius geſſiſſe negotium emptoris quàm ipſius hereditatis. Sed hoc nõ cadit in venditione rei ſingularis, in tali exemplo: Vendidi tibi Stichum.eo nondum tradito, vendidi eum alij, & tradidi eum. mortuo eo antè moram,non teneor priori emptori,niſi moram in tradendo commiſi:neq; etiam teneor ad pretium:cùm illum non propter rem, ſed propter negotiationem hominis venditi habeam:quia tenebar ad rem,non ad pretiũ vel ad act.in hereditate.aliud eſt in ſupradicta ratione: quia ſi quid tanquam heres habeo,teneor hoc præſtare emptori hereditatis, quãquam illius negotium geſſero: ſicut fundi venditor ſi fructus percipiat, tenetur eos reſtituere ratione bonæ fidei: & tamen ſi neglexit, nõ tenetur,niſi culpa obiici poteſt de hoc. Sed ponamus quòd eam rem quam vendidi, petij alio poſſidente, & litis æſtimationem accepi, quia rem debebam, & non actionem. ſed ſi duplum habuit rei furtiuę,vel vi deiectus,nihil emptori debebit.nam ſi deſinat venditor poſſidere ſine culpa, liberatur præſtando actionem quam habet pro re. nam aream tradendo exuſto ædificio, liberatur venditor.h.d.Vel dic aliter caſum vt in glo.ſequen.

*Venditor.*

XXI. PAVLVS *libro ſextodecimo Quæſtionum.*

VEnditor [a] ex hereditate [b] interpoſita ſtipulatione [c] rem hereditariam perſecutus, alij vendidit. quæritur, quid ex ſtipulatione preſtare debeat. nam bis vtique non committitur [d] ſtipulatio, vt & rem & pretium debeat. Et quidẽ ſi poſtea quàm rem vendidit heres, interceſſit ſtipulatio: credimus pretium in ſtipulationem veniſſe. Quòd ſi anteceſſit [e] ſtipulatio, deinde rem nactus eſt: tunc rem debebit. [f] Si ergo hominem vendiderit, [g] & is deceſſerit, an pretium eiuſdẽ debeat? [h] Non enim deberet Stichi promiſſor, [i] ſi eum vendidiſſet, mortuo eo, ſi nulla mora præceſſiſſet. [k] Sed vbi hereditatem vendidi, & poſtea rem ex ea vendidi: poteſt videri vt negotium eius [l] agam, quàm [m] *hereditatis. Sed hoc in re ſingulari non poteſt credi. [n] Nam ſi eundem hominem tibi vendidero: & necdum tradito eo, alij quoque vendidero, pretiúmque accepero: mortuo eo, videamus ne nihil tibi debeam ex empto: [o] quoniam moram in tradendo non feci. Pretium enim hominis venditi non ex re, ſed propter negotiationem [p] percipitur: & ſic ſit quaſi alij non vendidiſſem. [q] tibi enim rem debebam, non actionem. At cum hereditas venit, tacitè hoc agi videtur, vt ſi quid tanquam heres feci, id præſtem emptori, quaſi illius negotium agam: quemadmodum, [r] fundi venditor fructus præſtet bonæ fidei ratione: quamuis ſi neglexiſſet vt alienũ, nihil ei imputare poſſit, niſi ſi culpa eius argueretur. [ſ] Quid ſi rem quam vendidi, [t] alio poſſidente [u] petij, [x] & litis æſtimationem accepi? vtrum pretium illi debeo, an rem? Vtique rem. non enim actiones ei, ſed rem præſtare debeo. Et ſi vi deiectus, vel propter furti actionem duplum abſtulero: [y] nihil hoc [z] ad emptorem [a] pertinebit. [b] Nam [c] ſi ſine culpa deſiit detinere vẽditor: actiones [d] ſuas præſtare debebit, nõ rem: &

*quàm hereditatis, id eſt potius quàm her. Anto. Augu. lib. 4 ca. 7.

a *Venditor.* Diuiditur hæc lex in tres partes. Prima eſt, vendidit mihi Titius hereditatem: & interpoſita eſt ſtipulatio emptæ & venditæ hereditatis: deuenit ad Titium quædam res hereditaria quam vendidit, & pretium habuit. quæritur quid veniat in ſtipulatione? & diſtinguit: quia ſi poſt ſtipulationem deuenit dicta res & pretiũ eius ad Titium, vtrumque venit committendum, ſed non petendum. ſi autem prius vendidit, tunc tantùm pretium venit: licèt res interierit. Secunda pars eſt, quòd hæc non ſic ſeruantur in re ſingulari mihi vendita, & non tradita, & poſtea ab eodẽ alij vendita. nam nec res nec pretiũ venit ſi res interiit: & ſic quaſi ex ſua negotiatione venditor pretiũ lucratur: nec poteſt fingi vt negotium gerat primi emptoris ſicut in hereditate. ſi autem poſſet dici, certè & tunc idem reſponderetur, vt ponitur de fructibus. Tertia pars eſt, vt quod dixi in re ſingulari vendita, vel quaſi vendita, vel promiſſa: ſi poſtea alij vẽdatur: vt quia litis æſtimationem accepit vẽditor à poſſeſſore, cum culpa deſierit poſſidere furto, vel violentia: vel ſe non poſſidente vẽdidit primo emptori: & poſtea petiit ſibi quod habuit litis æſtimationem ab alio: nam non venit illa litis æſtimatio in actione ex empto: nec aliqua actio eſt cedenda pœnalis, vel alia: ſed res, ſi extat: vel æſtimatio, ſeu intereſſe, ſi non extat: cum culpa deſiit poſſidere: aliàs ſi non culpa, tunc non rem vel æſtimationem, ſed actionem tantùm (quia eas habet) dare tenetur: quãdo ſcilicet res extat: aliàs nullo modo: imò pretium lucratur: vt prius dixi.

b *Ex hereditate.* id eſt de rebus hereditariis. Accurſius.

c *Interpoſita ſtipulatione.* quòd ſi quid ad eum perueniret, emptori reſtitueret, & econtra emptor promitteret quòd damna quæ trahet venditor occaſione hereditatis, reſtituet ei: quæ ſtipulatio appellatur emptæ & venditæ hereditatis: infra de lega. iij. quiſquis. ſed an cum fideiuſſore? Reſpon. videtur quòd ſic. vt. ſ. l. ij. in fin. j. reſpon. Accurſius.

d *Non Committitur.* quantum ad effectum ſcilicet vt rem & pretium conſequi poſſit. hoc enim eſſet iniquum: vt infra de actio. empt. l. emptorem. §. fin. ibi, neque enim bon. fid. vt infra de reg. iur. l. bona fides. committitur tamen his, vt res vel pretium petatur tantum: quod eſt neceſſe eo caſu quando res interiit: vt infra ſubiicit. nam & rem & pretium habuit poſt interpoſitam ſtipulationem. & ſic ad vtrumque committitur: non vt vtrumque exigatur. ſed & nõ interpoſita ſtipulatione alterutro modo poſſet agi actione ex empto: vt infra de vſur. l. ſi ſtipulatus. §. fin. Ad quid ergo interponitur? Reſpon. quia quæ ſpecialiter, &c. vt infra de iniur. item apud. §. hoc edicto.

e *Quod ſi anteceſſit.* vt in noſtra quæſtione.

f *Debebit.* vel pretium, etiam ſi res extet: vt innuit ſtatim. Acc.

g *Vendiderit.* poſt hereditatem venditam, & ſtipulationem interpoſitam.

h *An pretium eius debeat.* videtur quòd non.

i *Promiſſor.* id eſt venditor: vt ſubiicit: vel propriè ſupple pretium, vel æſtimationem.

k *Proceſſiſſet.* vt hîc, & infra de verb. ob. ſi ex legati. &. l. ſequẽ. & idem ſi manumiſerit antè moram, & poſtea deceſſit: vt infra de act. & ob. l. is qui ex ſtipulatu. ſed in caſu præmiſſo aliud eſt, vt ſubiicit, ſed vbi hereditatem, &c. Accurſius.

l *Eius.* ſcilicet emptoris. & quod dicit potius, ſuperfluit: vel electiue: vel legas comparatiue, & ſic vtriuſque negotium geſſit: non autem electiuè. Accurſius.

m *Quam hereditatis.* eſt enim quædam vniuerſitas: & ſic repreſentat perſonam. Accurſius.

n *Non poteſt credi.* quòd in hereditate dictũ eſt vt fingam gerere negotium emptoris, niſi in caſu. & tunc idem eſt quod hic dicit in hereditate. &. ĵ. ea. l. ibi, quemadmodum fundi venditor, &c.

o *Ex empto.* & vtique nihil, quoniam moram, &c.

p *Propter negotiationem.* ſic & heres: quia agit de ſepul. vio. non enim hereditatem agnoſcit. ex ſua enim aſtutia eã exercet, vel ad vindictam: non autẽ tanquã hereditariã: vt. ĵ. de ſepul. vio. l. pe. ſic etiã ſi heres inopem hereditatem multũ vendidit, non prodeſt legatariis: cũ ex ſua negotiatione vel emptoris ſtultitia habere videatur: vt. ĵ. ad. l. Fal. l. ij. in princ. & §. j. ſic &. ſ. man. l. ita vt omnes. §. j. &. ſ. de pecu. eo tẽpore. §. ſi. in fi. &. ĵ. de dam. infec. dãni. in fin. &. ĵ. ſo. mat. ſi verò. §. item quicquid. Sed quidã de æquitate dant pretiũ primo emptori: vt. ſ. ſi cer. pe. l. ſi eum ſeruum. Sed certè ibi iã erat res illius cuius pretiũ redditur. Itẽ nõne crimẽ falſi cõmittit: vt. ĵ. de fal. qui duobus. ergo ex eodem facto nõ debet pœnã & præmiũ cõſequi. vnde ex his approbo hanc opinionem ꝙ pretiũ debet dari priori emptori, quod à ſecundo emptore acceptum eſt: vt facit venditor vini: vt. ĵ. de peri. & com. l. j. §. licet. & arg. C. de iudi. l. placuit.

q *Non vendidiſſem.* vt enim liberarer rei interitu, ſi ego poſſiderem, ſic & nunc: vt hîc, &. ſ. de noxa. electio. §. ſi is quem. Acc.

r *Quemadmodum.* bona eſt ſimilitudo. vt enim venditor fundũ colendo, & fructus percipiẽdo in meo. i. mihi debito. meos facit: ita & ille meum, vel meæ hereditatis geſſit negotiũ. Azo. & ideò dicit bo. fi. ratione: quia ſecus eſſet ſi contractus eſſet ſtricti iuris: vt. ĵ. de vſur. l. videamus. §. ſi actionem. &. §. ex cauſa. &. §. præce.

ſ *Argueretur.* vt quia fructus maturos patiatur corrumpi: vel habet eos, & non reddit: vt. ĵ. ſo. mat. l. ſi mora. Accurſius.

t *Vendidi.* priori emptori. Accurſius.

u *Poſſidente.* & not. hîc culpam in hoc quòd vendidi rem quam non poſſidebam: vt ſic teneat ad rem, vel ad intereſſe: non ad actionem: ſicut ſi poſſiderem tempore venditionis: & poſtea per culpam deſij poſſidere, vt furto: vbi ſimiliter teneor ad rem, vel ad intereſſe. ſecus ſi ſine culpa: quia tunc tantùm actionem, non rem vel æſtimationem, quia eam non habeo, ſed actionem habeo: vt. ĵ. ſubiicit, nam & ſi ſine, &c. Accurſius.

x *Petij.* à poſſidente.

y *Abſtulero.* id eſt accepero ſcilicet per iudicem. ſic infra de fur. qui vas. in princ.

z *Hoc.* ſcilicet duplum. Accurſius.

a *Ad emptorem.* imò videtur cedenda: vt. ĵ. de fur. l. eum qui. in princ. & ſupra de contrahen. empt. l. quod ſæpe. §. ſi res. quę ſunt contra. Solu. ibi loquitur cùm ſine culpa deſiit poſſidere, & ideò non tenetur ad rem. oneratur ergo ſaltẽ in hoc vt cadat in actionem etiam pœnalem. Vel ſi exegerit pœnam, reddet eam. ſed hîc quia culpa deſiit poſſidere, tenetur ad rem vel æſtimationem: & ideò retinet omnes pœnas. & ſecundum hoc reuertens non fuit admiſſus in litem vtiliter intrare volens: vel etiam vtiliter deiectum reſtituit. vel hîc ſurrepta antè venditionem: & ideò pertinet pœna ad venditorem: vel loquitur ibi cùm venditor non poteſt rem præſtare.

b *Pertinebit.* ſcilicet res.

c *Nam.* bene dico rem deberi vbi fuit in culpa: quia & vbi non fuit, tenetur ad aliquid, id eſt ad cedendum. Accurſius.

d *Actiones.* hoc ſi non habuit litis æſtimationem: & ſic nec ven-

didit. Sed quid tunc cum cedere non poſſit? Reſpon. in hoc cõmiſit culpam, & ita ad æſtimationem veram tenetur: vt argu. ĩ. de ſolu. l. Stichum. §. pe. Accur.

a *Et ſic æſtimationem*. repete, præſtare non debet: ſed id tantum quod habet, id eſt actiones: ſicut & in area ſequitur.

b *Debet*. ſ. tantùm, cũ non habeat plus.

H*Ereditatis*.] CASVS. Vendidi hereditatẽ. ſoluit emptor mihi partem pretij: aliam non ſoluit. quæritur, an pro reliquo pretio teneãtur res hereditariæ loco pignoris? Dicitur quòd ſic.

c *Cur non teneantur*. vt ĩ. de actio. empt. & vẽdi. Iulianus. §. offerri. & arg. C. de diſtra. pig. quandiu. Accur.

V*Enditor*.] CASVS. Qui vendit hereditatem, debet cedere actiones quas habet contra reũ principalẽ, & cõtra eius fideiuſſo. [NOMINIS.] Qui vẽdit nomen: ſiue percipiat aliquid in cõpenſando, ſiue exigendo, vel quocũque modo, debet præſtare emptori. Viuianus.

d *Debet*. vt. ſ̃. eod. qui filij. in princi. & l. emptori. Accur.

e *Vel exactione*. quam poteſt facere domin⁹: niſi in tribus caſibus: vt C. de nouat. l. iij. & ſupra de procura. l. per procuratorem.

H*Ereditatem*.] CASVS. Cornelius inſtituit me heredem, & à me Titio legatum reliquit. vendidi hereditatem mihi delatam. Titius cui erat legatũ relictum, me heredem inſtituit antequam ab emptore legatum perciperet. agere potero ex vendito: quia tantò minus hered. vendidi, quòd emptor legatum ſoluere tenebatur. neque refert an debeat pecuniã tanquam creditor ex contractu: an vt legatarius. Viuia.

f *Minus*. ſic. ſ̃. de ſeruis expor. l. ſi vẽditor. §. fina. & ſ̃. de contrahen. empt. l. fundi. Ac.

g *Præſtaret*. ſ. legatum.

h *Legatario*. q. d. an vt creditori ex cõtractu: an vt legatario. & facit ſ̃. eo. ſi hereditatẽ. Ac.

ſic æſtimationem [a] quoque. nam & aream tradere debet [b] exuſto ædificio.

Donec ſoluatur pretium, poteſt res vendita loco pignoris retineri. Baldus.

XXII. SCÆVOLA *libro ſecundo Reſponſorum*.

HEreditatis venditæ pretium pro parte accepit, reliquum emptore nõ ſoluẽte. quæſitum eſt an corpora hereditaria pignoris nomine teneãtur. Reſpõdit, nihil proponi cur non teneantur. [c] B

Ille qui vendit actionẽ, tenetur cedere nõ ſolùm ius quod habet contra principalem, ſed contra fideiuſſores. Bald.

XXIII. HERMOGENIANVS *libro ſecũdo Iuris Epitomarum*.

VEnditor actionis quam aduerſus principalẽ reum habet, omne ius quod ex ea cauſa ei C cõpetit, tam aduerſus ipſum reũ, quàm aduerſus interceſſores huius debiti cedere debet: [d] niſi aliud actum eſt. Nominis venditor quidquid vel compenſatione, vel exactione [e] fuerit conſecutus, integrum emptori reſtituere cõpellatur.

Ab emptione facta cũ filio ſolo ſuper re particulari, poteſt recedi etiã pacto inito cũ ſolo patre. Bal.

XXIIII. LABEO *libro quarto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum*.

HEreditatem Cornelij vendiſti: deinde Attius, cui à te herede Cornelius legauerat, prius quàm legatum ab emptore perciperet, te fecit heredẽ. Rectè puto ex vendito te acturum, vt tibi præſtetur, quia ideò eo minus [f] hereditas venierit, vt id legatum præſtaret [g] emptor: nec quicquã interſit, vtrum Attio, qui te heredem fecerit, pecunia debita ſit: an legatario. [h]

XXV. IDEM *libro ſecundo Pithanon*.

SI excepto fundo hereditario veniit hereditas, deinde eius fundi nomine venditor aliquid adquiſiit: [i] debet id præſtare emptori hereditatis. Paulus: Imò ſemper quæritur in ea re quid actum fuerit: ſi autem id non apparebit: præſtare eam rem [k] debebit emptori venditor. nam id ipſum ex ea hereditate ad eum perueniſſe videbitur: non ſecus ac ſi eum fundum in hereditate vendenda non excepiſſet.

S*I excepto*.] CASVS Vẽdidi tibi hereditatẽ excepto fundo hereditario, occaſione cuius aliqua ſum cõſecutus. hoc tibi teneor præſtare, & perinde ac ſi fundum non excepiſſem. Viuia.

i *Adquiſiit*. ex cautione de damno infecto. Accur.

k *Eam rem*. quam conſecutus eſt ex cauſa præcedenti venditionem: vt ſi antè venditionem ſtipulatus erat de damno infecto quod timebat prædio inferri: & antè venditionem datum eſt. niſi autem ſic intelligas hãc. l. eſſet cõtra. ſ̃. eo. l. ij. §. ſi venditor.



A *Dictũ eſt. ſ̃. qualiter cõtrahatur vẽditio: nunc qualiter reſcindatur altera parte inuita: & quãdo liceat diſcedere vtraque parte volente. Accur.*

*Reſcinditur vẽditio ſentẽtia magiſtratus ſi res fiſco obligata minore pretio veneat quam debita ſumma quámve res ipſa ſit, debitore offerente ſummam integrã. l. penul. hoc tit. l. 3. C. de iur. fiſ. vel ipſo iure lege adiecta. in ipſo contractu, veluti lege cõmiſſoria. Reſcinditur etiam ipſo iure ſi poſtea cõtrario cõſenſu ab ea diſcedatur. quod vtiq; licet ſi res ſit integra, id eſt ſi neque res ſecuta neque pretiũ ſolutũ ſit. nam ſi res non ſit integra, mutuus cõſenſus nihil facit niſi omnia reſtituatur in priſtinum ſtatum. Cuiacius.*

# DE RESCINDENDA venditione: & quando licet ab emptione diſcedere.

## TITVLVS V.

I. POMPONIVS *libro quintodecimo ad Sabinum*.

CElſus filius putabat, [l] ſi vendidiſſet mihi filiusfamilias rem peculiarem: etiam ſi conueniat vt abeatur ab ea venditione, inter patrem & filium & me conuenire debere: ne ſi cum patre ſolo pactus ſim, filius non poſſit liberari: [m] & quæratur, [n] vtrúm ne nihil agatur ex ea pactione, [o] an verò ego quidẽ liberer, filius maneat obligatus: [p] ſicuti ſi pupillus ſine tutoris auctoritate paciſcatur, ipſe quidem liberatur, non etiam qui cũ eo pactus eſt. [q] Nã [r] quod Ariſto dixit, [ſ] poſſe ita paciſci, vt vnus maneat obligatus, non eſt verum: quia pro vna parte contrahentium abiri pacto ab emptione non poſſit. [t] Et ideò ſi D ab vna parte renouatus ſit cõtractus: dicitur nõ valere huiuſmodi pactionem. Sed dicendũ eſt, [u] patre paciſcente, & liberato aduerſario, filium quoque obiter [x] liberari.

Ab emptione poteſt recedi etiã nudo pacto re integra. ſecus ſi res non eſt integra. Baldus.

II. IDEM *libro vicenſimoquarto ad Sabinum*.

SI quam rem à te emi, eandem rurſus à te pluris minoríſve E emero: diſceſſim⁹ à priore emptione. Poteſt enim, dum res integra eſt, conuentione noſtra infecta fieri emptio: atque ita conſiſtit poſterior emptio, quaſi nulla præ-

l C*Elſus*. *Putabat*. ſed malè: vt in fin. hui⁹ legis. Accurſius.

m *Liberari*. quia non ſicut filius patri, ita & pater filio acquireret. Accurſius.

n *Et quæratur*. id eſt inquiratur &c. aliàs, & quæritur, ſcilicet per Celſum filium. Accurſius.

o *Pactione*. facta cum patre ſolo.

p *Obligatus*. quod ſenſit Celſus. Accur.

q *Pactus eſt*. ſcilicet de reſcindenda venditione: quod quidam dicunt, & pro eis eſt infra de act. empt. Iulianus. §. penul. & inſtitu. de aucto. tuto. §. j. Sed certè dictæ leges loquũtur in obligationibus cõtrahẽdis. hîc autem loquitur in eis diſſoluendis: vt non ſit claudicatio: vt. ĩ. ſubiicit, & ĩ. eo. ſi id quod §. inde.

r *Nam*. quaſi dicat, videtur me liberari à patre cui tota fuit quæſita obligatio: ſed non liberari filium à me: & hoc ratione prædicta de pupillo. Item hac alia: quia poteſt pacto hoc agi vt ab vna parte inter aliquos eripiatur cõtractus. ſed hæc ratio non eſt bona: vt dicit hîc. Accur.

ſ *Dixit*. in ſuis libris. Accurſius.

t *Non poſſit*. nec in pupillo, nec in maiore: vt infra eo. ſi id quod. in fi. ſed contra. ſ̃. de pac. ſi cõuenit. Sol. ibi fuit iuſta cauſa conuentionis: vt remitterẽtur ex vna parte tãtũ: puta illius anni ſterilitas: vt infra loca. & conduc. ſi vno. vel non valet vt diſſoluatur contractus pro parte, ſed remitti ex cauſa donationis poteſt: vt ibi. vel ſoluas vt ibi.

u *Sed dicendum eſt*. in caſu præmiſſo.

x *Obiter*. id eſt ſtatim. Sed quid ſi cum ſolo filio paciſcar? non videtur quòd præiudicet patri: nec ergo liberabitur pater vel filius: vt C. de pact. l. filiusfamilias.

S*I quam*.] CASVS. Si vendo tibi rem aliquam, poſtea vendo eandem rem minori pretio, tibi autẽ maiori pretio: videtur

quòd

quòd receſſum eſt à priore venditione:& poſterior emptio conſiſtit ſicut ſi prior facta non eſſet:hoc verũ ante pretium ſolutũ: A poſtea actio non poteſt reſolui ſolo contractu. Viuia.

a *Præceſſerit*.vt.s̃.de contrahen.empt.l.pacta.Accur.

b *Non poſſumus*.ſcilicet nudo pacto : ſed demum re retro tradita:vt.s̃.de pac.l.ab emptione.& Co. quando lice. ab empt. diſ.l.j.in fi.Accur.

a *Poterit.* imò videtur quòd per eũ acquirat: vt. ꝫ. de act. empt. l. Iulian⁹. §. poſſeſſionẽ. quæ eſt contra, vbi dicit, ꝙ ſi precario tradita ſit poſſeſſio, ipſe emptor facit fructus ſuos: ergo in eodẽ caſu ꝑ ſeruũ debet acquirere ex operæ: vt. ꝫ. de acqui. re. do. l. quæſitum. quod hîc ꝓhibet. Rñ. illa regula tenet in poſſidentibus ciuiliter & naturaliter. hîc aũt emptor non ita poſſidet. vel ibi fuit vtraq; poſſeſſio tranſlata in precario, hîc nõ. vel aliud in ſeruo, vt hîc: & aliud in fundo, vt ibi. & poteſt eſſe ratio: vt. ꝫ. de acquir. poſſ. l. ſi rem. & l. rem quæ. in eo quòd homo habet propoſitum. & facit. ꝫ. de precario. l. ea quæ.

b *Retinetur.* ſic. ꝫ. de acquiren. poſſ. l. re pignoris.

c *Llud ſciẽdum. A venditore.* vt. s. e. ſi per emptorem. Accur.

d *Scribit.* & bene, quãdo ambo ſimul eodem tẽpore ſunt in dolo: vt hîc dicit, &. ꝫ. de actio. empt. l. ſi per emptorẽ. & pone vt ibi not. ſecus ſi diuerſis, vt hîc ſubiicit.

e *Ei damnoſa ſit.* qui eam commiſit. Accur.

f *Nocere.* vt etiã periculo rei liberetur. & ſic poſterior mora nocet: vt hic, &. ꝫ. de iur. do. l. ſi rem, &. ꝫ. de ver. obl. l. ſi ſeruũ. §. ſequitur. & l. interdũ. §. fin. adeò vt etiam debitor emptori perſonaliter obligatus non teneatur ſi obligata pecuniã perdiderit: vt. ꝫ. de exce. do. l. ſi opera. &. ꝫ. de ſolut. qui decem. in prin. &. ꝫ. de manu. teſta. l. qui filiũ. §. itaque. Sed contra. s. de condic. fur. l. fin. vbi non liberatur licèt res intereat. Sed ibi nõ obtulit, ſec⁹ ſi obtuliſſet: vt. ꝫ. eod. titu. l. parui. Item contra. ꝫ. de ſo. l. creditor. Sed hîc non obtulit congruo loco & tempore: vt in eod. tit. l. ſoluturus.

Hora poſterior nocet.

tenebitur ei quanti eius intereſſet admonitum fuiſſe.

XVI. IAVOLENVS *libro ſeptimo ex Caßio.*

Serui emptor, ſi eum conductũ rogauit donec pretiũ ſolueret, nihil per eum ſeruũ adquirere poterit: [a] quoniã non videtur traditus is cuius poſſeſſio per locationem retinetur [b] à venditore. periculum eius ſerui ad emptorẽ pertinet, quod tamen ſine dolo venditoris interuenerit. B

Poſterior mora nocet, vel vltima mora illam abſorbet. Bal.

XVII. POMPONIVS *libro trigeſimoprimo ad Q. Mucium.*

Illud ſciendũ eſt, cùm moram emptor adhibere cœpit: iam non culpam ſed dolũ malum tantùm præſtandum à venditore. [c] Quod ſi per venditorẽ & emptorem mora fuerit, Labeo quidem ſcribit [d] emptori potius nocere quàm vẽditori morã adhibitam. Sed videndũ eſt, ne poſterior mora dãnoſa ei ſit. [e] quid enim ſi interpellauero venditorẽ, & nõ dederit id quod emerã: deinde poſteriore offerente illo ego non acceperim? Sanè hoc caſu nocere mihi deberet. Sed ſi per emptorẽ mora fuiſſet, deinde cum omnia in integro eſſent, venditor morã adhibuerit, cum poſſet ſe exſoluere: æquum eſt, poſteriorem moram venditori nocere. [f] C

XV. PAPINIANS *libro tertio Reſponſorum.*

Habitationũ [g] oneribus mortę libertorum finitis, emptor domus ob eam cauſam venditori nõ tenebitur, ſi nihil aliud conuenit, quàm vt habitationes ſecundùm defuncti volũtatem ſuper [h] pretium libertis præſtarentur. D

Quãdo in limine cõtract⁹ emerſit periculũ euictionis: tenetur vẽditor ſatiſdare ꝓ euictione. Bar.

Antè pretium [i] ſolutũ [k] dominij quæſtione mota, [l] pretium emptor ſoluere non cogetur, niſi fideiuſſores idonei à venditore eius euictionis offerantur.

XIX. HERMOGENIANVS *libro ſecundo Iuris Epitomarum.*

g *Abitationum.*] CASVS eſt, ꝙ vendidi domũ in qua ſecundum volũtatẽ defuncti cui ſucceſſi, debebã habitationẽ libertis, & cũ hoc pacto vẽdidi, & ſic minori pretio. nũc ſubito liberti mortui ſũt, nõ tamẽ plus ptij vel aliud petã ab emptore.

h *Super.* id eſt præter.

i *Ante pretium.* quod venditori dabatur.

k *Solutum.* ab emptore, habita tamen fide de pretio. aliàs non tranſiret dominium: vt. s. de contrahen. emp. quod vendidi.

l *Quæſtione mota.* extra iudiciũ. & ſic imminebat in limine cõtractus euictio: vt C. de eui. l. ſi poſt perfectã. &. s. tit. j. l. fin.

m *Venditori. Potuit.* de hoc not. vt. ꝫ. de act. empt. l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem.

n DE SERVIS EXPORTANDIS &c. *De iſta prima parte rub. agitur. ꝫ. eod. l. 2. & l. cui pacto. Accur.* *Pactiones hoc titulo enarrantur quæ in ſeruorũ vẽditionibus adiici ſolẽt. vna hæc eſt, vt ſeruus exportetur, i. vt ne ea vrbe vel prouincia moretur, qua venit, quod Dioni eſt vẽdere ἐπ' ἐξαγωγῇ. qua ex cauſa ſi legi nõ pareatur vel ſeruus in fiſcum redigitur vel vẽditori in eũ manus iniectio eſt. Altera eſt, vt manumittatur, quã ſi nõ expleat emptor, repræſentatur libertas Cõſtitutione Marci & Commodi. vel huic contraria, ne manumittatur, quæ pactio efficit ne manumiſſo ab emptore libertas competat. Hærent eæ leges ſeruis venditis magis quàm emptoribus dicuntur. Cuia.*

Venditori ſi emptor in pretio ſoluendo moram fecerit, vſuras dũtaxat præſtabit, nõ omne omnino quod vẽditor mora non facta conſequi potuit: [m] veluti ſi negotiator fuit, & pretio ſoluto, ex mercibus plus quàm ex vſuris quærere potuit.

## DE SERVIS [n] EXPORtandis: [o] vel ſi ita mancipiũ venierit, [*] vt manumittatur, vel cõtra.

* veneat. in Indice titul.

## TITVLVS VII.

Quis poteſt renũtiare ei quod in ſui fauorem introductum eſt. vel ſic: Pacto prohibitorio poteſt renuntiari ab eo cuius fauore fuit intro ductum. Bal.

I. VLPIANVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

Si fuerit diſtractus ſeruus, ne aliquo loci [p] moretur: qui vendidit, in ea cõditione eſt, vt poſſit legem remittere, ipſe [q] Romæ retinere: [r] quod & Papinianus libro tertio reſpondit. Propter domini enim (inquit) ſecuritatem cuſtoditur lex, [ſ] ne periculum ſubeat. [t]

Diſpoſitio limitata limitatũ producit effectũ. h. d. & ad hoc allegatur iſta. l. Bald. Idẽ habetur in. l. cũ ſeruo. ſupra de contrahen. emp.

II. MARCIANVS *libro ſecundo Publicorum.*

Exportãdus ſi venierit ab Italia, in prouincia morari [u] poteſt: niſi ſpecialiter prohibitum fuerit.

Quãdo ex cõtractu innominato venit quærendũ ius tertio: ibi habet locum pœnitentia. Bal.

III. PAVLVS *libro quinquageſimo ad Edictum.*

Si † quis hac lege veniit, vt intra certũ tẽpus manumittatur: ſi nõ ſit manumiſſus, liber fit, ſi tamen is qui vẽdidit, in eadẽ volũtate perſeueret, [x] heredis voluntatem non eſſe [y] exquirendam. E

Vbi eſt inhabilitas perſonę à principio: actus non poteſt confirmari, licèt conferatur in tempus permiſſum. Baldus.

IIII. MARCELLVS *libro viceſimoquarto Digeſtorum.*

o *Exportandis.* adhuc ponit de quibuſdã pactis quæ fiunt in venditionibus ſeruorum.

p *I fuerit. Loci.* puta Romę vel Bononię, vel alia ciuitate: vt not. ꝫ. eod. l. cui pacto. Accurſius.

q *Ipſe.* aliàs ipſum.

r *Retinere.* ſcilicet per emptorem.

ſ *Lex.* id eſt pactio appoſita in venditione: ideò ei renuntiare poteſt: vt ſubiicit.

t *Subeat.* fortè vxoris, & ſic poteſt renũtiare ſuo iuri: vt Cod. de ſer. expor. l. ij. in fine. &. s. de lege com. l. ij. &. iij. & C. ſi mã. ita fue. alie. ne pro. l. j. §. j. Argu. cõtra. ꝫ. qui ſine ma. ad liber. l. j. Accur.

u *Xportandus. Morari.* non tamẽ in ſua ciuitate: vt. ꝫ. de inter. & re. l. relegatorũ. §. cõſtitutum eſt enim. Azo.

† Cum l. iſta iunge l. quotiens. C. de dona. quæ ſub modo. & l. qui Romæ. §. Flauius. ꝫ. de verb oblig.

x *I quis hac. Perſeueret.* poteſt ergo pœnitere: vt hîc innuit, & Cod. ſi man. ita fue. alie. vt ma. l. fin. in fin. &. s. man. l. ſi hominẽ. Sed contra. ꝫ. eod. l. quæſitum. & infra qui ſine ma. ad lib. l. j. Sol. ſi apponitur gratia vẽditoris tantũ, obtinet quod hîc. ſi gratia emptoris, vel vtriuſque obtinet quod in contrariis, vt diſcedi nõ poſſit volũtate venditoris: vt C. de act. & oblig. l. ſicut. & eſt pro hac ſolutione arg. s. de pact. l. ſi cũ fundus. in fi. ſit autẽ gratia vnius eorũ, vel vtriuſque: quia fortè alteri vel vtrique eſt cõſanguineus, & affectionis ratio habetur in bonæ fidei iudiciis: vt. s. man. l. cum ſeruus.

y *Non eſſe.* hoc caſu. aliàs autem quandoque ſic: vt infra de dona. inter virum & vxo. ſed interim. §. ſi vxor.

[a] S *I minor. Traditio*. vt ſupra de mino.l.verũ.§.quod ſi minor.& C.qui manumit.non poſſ.l.ſi minor. & infra de verb.obli. l.ſi minor. Sed contra infra de manu.vin.l.illud.§.j. Solu.ibi fuit datus ſeruus minori hac lege vt manumittat, vt ibi. hîc à minore datus alij. Item contra infra de manu.l.iiij.§. nihil autem intereſt. Solu. ibi nõ fuit lex à minore appoſita vt manumitteret: ſed ab ipſo ſeruo qui hoc pepigit cũ emptore vt manumitteretur ab eo Accurſius.

[b] C *Vi*. ſcilicet filio vel ſeruo vendito. Accur.

[c] *Pomœrio*. i. ſuburbiis, vel hortis circa ciuitatem poſitis. Accur.

[d] *Vrbe*. cuius vrbis ſunt illa pomœria. Accurſius.

[e] *Maioribus*. id eſt habentibus maius priuilegium: ſed ecõtra cui eſt interdictum maioribus, poterit vti minoribus: vt.j. de interdi. & relega.l. relegatorũ. §.poteſt. Si ergo patria ſua eſt interdicta alicui, vel ciuitas, aliqua etiam vrbs interdici videtur: ſed non econtra: vt.j. de interdi. & releg.l.relegatorum.§. conſtitutum eſt.&.§.ſi cui. &.s̃.de offic. præfect.vrb.l.j. §. cùm vrbem. Accur.

[*] Vide Gellium lib.13.c.14.

S *I venditor.*] CASVS. Tractatus huius. l. aſſignat differentiã inter duo pacta: quia refert dicat vẽditor, Vẽdo tibi mãcipium hoc pacto ne manumittatur: & ſi cõtra factum fuerit, ſtipulatur pœnam, & manus etiam iniectionẽ reſeruauit: vel ne proſtituatur ſub prædicto pacto: quia primo caſu ſi poſtea manumittatur, pœnã non patitur, quia ipſo iure nõ tenet manumiſſio. Secundo caſu peti poterit pœna: & ſi ſtipulatio pœnalis interpoſita non fuiſſet, agi poterat ex vẽdito. [SI QVID.] Si mancipium vendo ne exportetur, vel vt exportetur, & contrà factum fuerit: Papiniani ſententia eſt, quòd venditor ex vendito non aget, ſi contrà pactũ factum eſſet. niſi pecuniariter intereſſet ſua: quia pœnam promiſit auctori ſuo, vel alij non fuiſſe factum contrà. & rationẽ ſubiungit. Sabini verò ſententia fuit, vt agatur ad intereſſe, quia minoris facta fuit venditio, vt tale pactum ſeruetur. & hanc approbat Papinianus auctor huius.l. non autem ad pœnam: vt infra.l. proxi. Viuianus.

S I minor viginti annis ſeruum tibi in hoc vendiderit & tradiderit, vt eum manumitteres: nullius momenti eſt traditio:[a] quanquam ea mẽte tradiderit, vt cùm viginti annos ipſe expleſſet, manumitteres. Non enim multum facit, quòd diſtulit libertatis præſtationem. lex quippe cõſilio eius quaſi parum firmo reſtitit.

Pactũ pœnale & odioſum, propter euitandã abſurditatem recipit interpretationem etiam extẽſiuam. Baldus.

### v. PAPINIANVS *libro decimo Quæſtionum.*

C Vi[b] pacto vẽditoris pomœrio[c][*] cuiuſlibet ciuitatis interdictũ eſt, vrbe[d] etiã interdictũ eſſe videtur. Quod quidem aliàs quum principũ mandatis præciperetur, etiã naturalem habet intellectũ: ne ſcilicet qui careret minoribus, fruatur maioribus.[e]

Pœnalis ſtipulatio appoſita circa id quod de iure poteſt fieri, nõ cõmittitur ſi de facto tantum fiat, ſecus ſi nõ poterat niſi de facto. h. d. Vel ſic: Quãdo duo deducuntur in pacto pœna ſimpli appoſita cẽſetur appoſita propter id quod lædit, non propter id quod non lædit. Baldus.

### vi. IDEM *libro vicenſimoſeptimo Quæſtionum.*

S I venditor ab emptore cauerit,[f] ne ſerua manumitteretur, néve proſtituatur, & aliquo facto cõtra quàm[g] fuerat exceptum, euincatur, aut libera iudicetur, & ex ſtipulatu pœna petatur, doli exceptionẽ quidã obſtaturam putant: Sabinus nõ obſtaturam. Sed ratio faciet, vt iure nõ teneat ſtipulatio,[h] ſi ne manumitteretur exceptũ eſt. Nam incredibile eſt, de actu manumittẽtis, ac nõ potius de effectu beneficij cogitatum.[i] Cæterùm ſi ne proſtituatur exceptum eſt, nulla ratio occurrit cur pœna peti & exigi non debeat: cùm & ancillam cõtumelia adfecerit, & vẽditoris affectionem fortè ſimul & verecũdiam læſerit. Etenim aliàs remota[k] quoque ſtipulatione placuit ex vendito[l] eſſe actionem. † Si quid emptor cõtrà quàm lege vẽditionis cautum eſt, feciſſet,[m] aut non feciſſet:[n] nobis aliquando placebat non aliàs ex vẽdito propter pœnam homini irrogatam[o] agi poſſe, quàm ſi pecuniæ ratione vẽditoris intereſſet, veluti quia pœnam promiſiſſet:[p] cæterùm viro bono non conuenire credere, venditoris intereſſe, quòd animo ſæuientis ſatisfactum nõ fuiſſet.[q] Sed in contrarium me vocat Sabini ſententia,[r] qui vtiliter agi ideò arbitratus eſt, quoniam hoc minoris homo veniſſe videatur.[ſ]

Si pœna promittitur pacto nudo, non poteſt exigi niſi interſit. Bartolus.

### vii. IDEM *libro decimo Quæſtionum.*

S Eruus ea lege veniit, ne in Italia eſſet. quod ſi aliter factum eſſet, conuenit citra ſtipulationem, vt pœnam præſtaret emptor. Vix eſt vt eo nomine vindictæ ratione venditor agere poſſit: acturus vtiliter, ſi non ſeruata lege in pœnam quam alij promiſit, inciderit. Huic conſequens erit, vt hactenus agere poſſit,[t] quatenus alij præſtare cogitur.[u] Quidquid enim excedit: pœna,[x] non rei[y] perſecutio eſt. Quod ſi ne pœnæ cauſa exportaretur, conuenit: etiã adfectionis ratione rectè agetur.[z]

[f] *Cauerit*. id eſt ſi caueri ſibi fecerit per pactum de infraſcriptis. & ſi contra fieret, ſeruauit ſibi manus iniectionem in primo, vel in ſecundo dixit quòd eſſet liber ſeruus venditus. Item pœnam pecuniariam, vt ſequentia declarant.

[g] *Contrà quàm*. id eſt aliter, puta proſtituente emptore, vel faciente aliquid aliud quod loco proſtitutionis eſt, puta moratur in taberna: vt C.ſi man.ita fue.alie.ne ꝓſtitu.l. fin. & ideò euincitur, ſcilicet à venditore, qui manus iniectionem ſibi ſeruauit.

[h] *Stipulatio*. ſcilicet pœnæ, vt ex ea agatur. Azo. & hoc in caſu qui ſequit̃: vt hîc, & C.ſi man.ita fue.alie.vt ma.l.ea quidẽ. Acc.

[i] *Cogitatum*. arg.contra C.de adul.l.eum qui. Solu. ibi in pœna legali loquitur: & ita innuit gl.l.ij.C.de epiſco.audien.Accur.

[k] *Remota*. id eſt pœnæ ſtipulatio non interuenerit.

[l] *Ex vendito*. ſcilicet ratione affectionis: vt ſupra manda.l.cùm ſeruus. Accur.

[m] *Feciſſet*. vt quia exportauit cũ eſſet actũ quòd non exportaret.

[n] *Non feciſſet*. vt quia non exportauit, cũ eſſet actũ ꝙ exportaret.

[o] *Irrogatam*. id eſt irrogãdam ex pacto, vel etiã propriè altero caſu. Accurſius.

[p] *Promiſiſſet*. ſuo actori fortè, vel etiam alij.

[q] *Non fuiſſet*. malitiis enim hominum &c. vt ſupra de rei vindic.l.in fundo.in fine.

† Dubitat Taurell[s] nũ ita diſpungendum ſit, actionem, ſi quid emptor contra quã &c.

[r] *Sententia*. in vtroq; caſu prædicto. Sed cõtra infra.l.proxi. Solu. vt ibi. Accur.

[ſ] *Videatur*. vt ſupra de contrahen.emp.l. fundi partem. & de hered. vendi.l.penul.

S *Eruus*.] CASVS. Si venditur ſeruus hoc pacto ne moretur in Italia: ſi contra factum ſit, pœnam præſtari conuẽnit: & agi non poteſt ad pœnam ex eo pacto, niſi intereſſet venditoris pecuniariter, quo caſu aget̃ eatenus. ſi verò conuẽnit ne exportetur, & factum ſit cõtra, agetur. Ratio diuerſitatis eſt, quia hominẽ &c. quia pactum quòd exportetur, ſolã duritiam continet. cętera plana ſunt vſque ad titu. ſequen. quia procedit per terminos exemplorũ. Vi.

[t] *Poſſit*. id eſt nõ aget, niſi pecuniariter vẽditoris interſit, vt ſubiicit. & ſic cũ approbet hãc diſtinctionem, interſit ſua pecuniariter, vel non. eſt contra ſupra.l.proxi.in fine. Solu. ibi interceſſit ſtipulatio, hîc nõ, vt in principio huius.l. præterea ibi agitur ex vẽdito ad ipſum intereſſe, hîc ad pœnã cõuentam: quod non poteſt, vt hîc. & ſic nota quòd pactum incontinenti appoſitum non valet ad actionem in pœna iſta, ſic nec in vſura: ut C.de vſur.l.iij. & plenè dixi.s̃.de pact.l.iuriſgentium.§.ſed cùm nulla.

[u] *Cogitur*. ergo intereſſe ſpectatur in pœnali actione: vt hîc. ſecus in pœnali ſtipulatione: vt infra de verb.obli.l.ſtipulatio iſta. §.alteri. & ſic pro pœna non agitur ex pacto incontinenti appoſito, niſi interſit. Azo.

[x] *Pœna*. quam alij ipſe promiſit. Azo.

[y] *Rei*. id eſt damni ſui. Azo.

[z] *Ageretur*. ad pœnam etiam. Sed videtur quòd non in caſu manumiſſionis: quia tenet libertas: vnde ad pœnam agi non poteſt: vt C.ſi mancip.ita fuerit alien.l.ſi puella. & infra de manumiſſionibus. l. cauſam. Solutio. ibi fauore libertatis fit liber ex contractu nominato, hîc competit ex innominato, ſecũdùm quoſdam. quod non placet, quia & hîc & ibi competit ex nominato. Dic ergo quòd hîc actum fuit vt vindicta fieret manumiſſio

miſſio,& ideò cadit in pœnam,niſi ſic fiat: ibi quocunque modo fiat liber,nõ curabat:ar.j̃.de ver.obli.l.qui Romæ.§.Flaui⁹.

a *Hæc*.primus caſus.l.cum ſecundo.

b *Adfici*.no.affici in bonã partem:vt hîc,&.j̃.de leg.præſ.l.nõnunquam.in fi.primi caſus.aliàs in malam partem: vt.s̃. de condict.ob cau.l.ſi pecuniã.§.itẽ ſi quis. Item no. fauorem ampliari, odium reſtringi. ſic.j̃. de lib.& poſthu.l.cum quidam. Itẽ not.quòd quilibet debet eſſe intentus vt alij proſit, & non noceat: vt hîc, & s̃.titu.j.l.j.§.pen. &.j̃ tit.j.l.emptorem.&.s̃. de ſeruitu.l.ſi cui.& de rei vindi.in fundo. Itẽ no.affectionem conſiderari: vt.j̃.de eman.l. pater.&.s̃.man.l. cum ſeruus.

† Hanc ſententiam eleganter explicat Cic lib. 2.Off. Prodeſſe alteri quilibet intentus eſſe debet.

Affectio cõſiderãda eſt.

c *Q Væſitum eſt. Vel.* pro etiam.

d *Mutata*.quia nõ poteſt recedere à pacto, quod ab initio vtrique placuit. talis enim eſt innominatorũ contractuum natura.aliud eſt in nominatis: vt. s̃. de cond.cau.da.l.ſi pecuniam.§.j. quæ eſt contra.Item contra. s̃. e.l. ſi quis hac.Sol.vt ibi.

e *T Itius. Moratur*. id eſt morari intelligitur:cùm faciat contra domini voluntatẽ: vt infra de Publici. interdum.§.ſerui.Et arg. j̃.de acquir.poſſ.l. Põponius.in prin.

f *Et poſterior*.ſ.vẽditor.

g *Emptoris*. ſ.ſecundi.

h *Et liberandi*.à ſuo vẽditore.

i *Repetierit*. ſ. quàm vt manus iniiceret.

k *Duæ actiones*.ex vendito,& ex ſtipulatu,ſecundum quoſdam.Tu dic,vna qua ipſe tenetur, & alia qua alius ei tenetur.ſed manus iniectio vna eſt,quæ primo tantùm competit. Accurſius.

l *C Vm venderet*.ſcilicet aliquis.

m *Minorato*. aliàs,numerato.

* Liberandi ſubaudi cauſa,vt.l. pe s̃. proxi. tit. & ſæpe alias Ant.Aug. li. 2.c.1.

n *Seij*. qui nunc emit. Accurſius.

o *Paterentur*. ſimilis conuentio vel præceptum.j̃.de fideicõ.lib. l.cùm fidei.

p *Hadriani*.ſecus ſi per cõſtitutionẽ diui Marci & Commodi vt.C. ſi mand.ita fue.alie.cũ iuſta.& vt ſtatim ſubiicit hîc.

q *Claudius*.refert quæ ſequuntur.

r *Diuus*.addidit.

ſ *Libertatis*.ſcilicet cauſa.

t *Manumiſſos*.id eſt quamuis non ſint manumiſſi.Azo.

Vide Cuiac. lib 10.c.21.

DE ACTIONIBVS EMPTI, &c.

*Quia vẽdere & ẽmere parum prodeſſet,niſi actiones eſſent hincinde quæ venditiones exequerentur:ideò de act.emp.& ven.ponit.Accurſius.*

A *Vt ſocietatis, cui contractui ſtatim adiuncta eſt emptio venditio, ita empti & venditi actiones ciuiles,vltro citròque directæ ſunt,& empti datur emptori,venditi venditori.Quid in vtramque deducatur, hic titulus copioſiſsimè declarat.Cuiacius.*

Nec videntur hæc[a] inter ſe contraria eſſe, cum beneficio adfici[b] hominem, † interſit hominis. Enimuero pœnæ non irrogatæ indignatio ſolam duritiam cõtinet.

Quando pactum de manumittendo ſeruũ apponitur gratia emptoris, vel vtriuſque:nõ poteſt per venditorem reuocari.vel ſic:Non poteſt mutari voluntas in præiudicium tertij.Baldus.

VIII. IDEM *libro vicenſimoſeptimo Quæſtionum.*

QVæſitum eſt, ſi quis propriũ ſeruum vẽdidiſſet,& vt manumitteretur intra certum tempus,præcepiſſet, ac poſtea mutaſſet voluntatem,& emptor nihilo minus manumiſiſſet: an aliquam eo nomine actionẽ haberet. Dixi, ex vendito actionem manumiſſo ſeruo vel[c] mutata[d] venditoris voluntate euanuiſſe.

Pactum manus iniectionis appoſitum in cõtractu, in venditione rei ſuæ afficit rem vt poſſit auferri à quolibet poſſeſſore & ſucceſſore: & facto ſucceſſoris actor incidit in pœnam contractus.Bal.

IX. PAVLVS *libro quinto Quæſtionum.*

TItius ſeruum vendidit ea lege, vt ſi Romæ moratus eſſet,manus iniicere liceret.emptor alii eadem lege vendidit. ſeruus fugit à ſecundo emptore, & Romæ moratur. quæro, an ſit manus iniectio,& cui. Reſpondi, in fugitiuo non eſt dubitandum, nihil contra legem factum videri, quia nec domino auferre ſe poteſt: nec qui in fuga eſt, ibi moratur.[e] Quòd ſi ex voluntate ſecũdi emptoris contra legem moratus ſit, potior habendus eſt qui auctor fuit legis: & poſterior[f] magis admonendi emptoris,[g] & liberandi[h] * ſe,eandem legem repetierit:[i] nec poterit aliquo modo auferre legem ſui venditoris, cuius conditio exſtitit. Nam & ſi pœnam promiſiſſet, teneretur,licèt ipſe quoque ſtipulatus eſſet. Sed in pœna promiſſa duæ actiones[k] ſunt:manus autem iniectio in ſeruũ competit. Quod ſi prior ita vendidit, vt proſtituta libera eſſet: poſterior, vt manus iniicere liceret:potior eſt libertas quàm manus iniectio. Planè ſi prior lex manus habeat iniectionẽ, poſterior libertatem:fauorabilius dicetur, liberam fore:quoniam vtraq; cõditio pro mancipio additur: & ſicut manus iniectio, ita libertas eximit eam iniuriam.

Flo. eam iniuriam.

B Si apponitur pactum, quòd ſeruus vẽditus emptore mortuo fiat liber:valet.Baldus.

X. SCÆVOLA *libro ſeptimo Digeſtorum.*

CVm venderet[l] Pamphilam & Stichum, venditioni inſeruit pactum conuentum, vti ne eadem mãcipia Pãphila & Stichus, quos minorato[m] pretio vendidit, alterius ſeruitutem, quàm Seij[n] paterẽtur,[o] poſt mortémque eius in libertate morarentur. Quæſitũ eſt, an hæc mancipia, de quibus inter emptorem & venditorem C conuenit, poſt mortem emptoris iure ipſo liberata ſint. Reſpondit, ſecundum conſtitutionẽ diui Hadriani[p] ſuper hoc prolatam, Pamphilam & Stichũ, de quibus quæreretur, ſi manumiſſi non ſint, liberos nõ eſſe. Claudius[q] Diuus[r] Marcus ex lege dicta libertatis[ſ] in vendendo, quamuis nõ manumiſſos,[t] fore liberos, in Semeſtribus conſtituit, licèt in mortis tempus emptoris diſtulit venditor libertatem.

D

# Digeſtorum

## ſeu Pandectarum liber decimusnonus. †

## DE ACTIONIBVS empti & * venditi.

### TITVLVS I.

Si venditor eſt in mora tradẽdi rem, poteſt conueniri ad intereſſe ſingulare ipſius emptoris, quod eſt circa rem:quod poteſt excedere pretium commune & conuentum.h.d. Diuiditur. Primo ponit dictum. ſecũdo illud declarat. tertio ponitur determinatio, ſiue reſponſio cuidam tacitę obiectioni. ſecunda ibi, hoc eſt. tertia ibi, hoc autem. Bartolus.

E

I. VLPIANVS *libro vicenſimooctauo ad Sabinum.*

SI res vẽdita nõ tradatur,[u] ĩ id quod ĩtereſt agitur:[x] hoc eſt, quod rẽ habere ĩ-

*S I res.*] CASVS. Vendidi tibi fundum pro decem; ſi non trado, agis ex empto ad intereſſe: quod aliàs plus continet, aliàs minus. continet enim pretium conuentum, & aliquando cõmune, puta communiter valebat res. XV. & intereſſe ſingulare continet aliquando, ſi commune ſeu conuentum pretium intereſſe excedat, puta intererat tua in. XX. [VENDITOR.] Si vendidi tibi fundum qui ſeruitutẽ debebat, & hoc ſciam, & celauerim, tenebor tibi ex empto. & hoc in prima. Idem eſt ſi negaui cùm quæreres, an ſeruitus deberetur. hoc in ſecunda. Sed quid ſi ita dico, ſeruitus non debetur: ſed ſi debeatur, nolo teneri. an tenear? Et reſpond. quòd ſic. hoc in tertia. In quarta dicit generaliter, quòd quotiẽs vẽditor in dolo eſt in celanda ſeruitute, tenetur. Hęc ſunt vera, ſi tu emptor eras ignorans, alioquin non videris deceptus.

u *Nõ trahatur*. quãdo eſt corporalis. ſi autem incorporalis, tũc ſi patientia non præſtatur, agitur ad intereſſe: vt j̃.e.ratio.§.ſi iter. &. s̃. de ſerui.quotiẽs.§. ſeruitutũ. & dic nõ tradatur, vel pro tradita nõ habeatur: vt ſupra de reſcin..ven.l. cùm emptor.§.emptio.

† Lib 20.βασιλικ.

x *Agitur*. an ergo ferentur duæ ſententiæ, de re tradẽda vna, & de rei intereſſe alia, ſi res non præſtetur, ſicut in arbitrariis fit: vt.s̃. qđ metus cauſa.l.ſi cũ.§.j. Reſp.non: cũ hoc non inueniã, nec ſit hæc arbitraria, ſed vna tãtũ.ſ. de intereſſe. Quando ergo ſciã an tradat rẽ, vel non? Reſpõ. tẽpore ſententiæ dandæ interrogabitur an velit tradere: quòd ſi dixerit nõ, dãnatur in intereſſe: vt ar.C.e.l.ſi traditio.in fi.&.j̃.de re iu.l.ſi quis ap.§. fin. & ſic ad aliud agitur.ſ.ad rem:& ad aliud fit condemnatio, ſcilicet ad intereſſe. nec mirũ, quia & aliàs hoc fit: vt.s̃.ſi cer.pe.l.vinũ.&.j̃. de ædil.edict.l.ædiles.§.itẽ ſciendũ. Sed an ipſum intereſſe ſit in obligatione, vt etiã in prin.ſi velit actor poſſit agere ad intereſſe, & iure actionis veniat: cũ fortè interrogauerit venditorẽ an ve-

* Hęc particula includitur aſteriſcis in indice tit. Sanè veteres aſyndetos dicebant, empti venditi.

lit rē tradere,& ille denegauit? Quidā ꝙ ſic,argu. eius quod hîc eſt,agitur &c. Alij ꝙ nō,vt.j.de verb.obli.l.ſi ſeruū.§.fi.Et quod hîc dicit agitur.i.actū fingitur,vt ſic in eo intereſſe fiat condemnatio.Vel dicas hoc caſu ſic agi:peto rē tradi:& ſi nō trades,peto intereſſe.quod tutius eſt. Sed quid ſi ex eo quòd in mora tradēdi fuit ante lit.conteſt. intereſt mea in.v.ſi ex ſequenti vſq; ad ſententiā in aliis.v.rem autē totā nō habere intereſt in c? Reſp. primū in petitione, ſecundū in officio, tertiū in cōdemnatione tātū venit: ſed & peti poteſt: vt.j.de ædil.edic.l.ædiles.§.itē ſciēdū.ſed & peti poteſt,vt modò dixi.ſed ā tertio deducūtur duo prima:vt.j.eo.l.ex empto.§.fi. Itē hoc ſi emptor velit eſſe contentus de intereſſe. Quid autem ſi præciſè velit habere rem, an poteſt? Dicit M.quòd ſic,ſi habet reſtituendi facultatem,ſi nō ſit condēnatio in intereſſe : vt hîc dicit.& pro eo eſt.ſ.de rei vin.l.qui reſtituere. &.C.de fideicō.li.l.fi. & inſt.de dona.§.perficiūtur. &.j.de ver.ob. l.vbi autem.§.fin.Item & quod dicitur cōuentionē ſeruandā:vt.j.ex empto.in prin.Bul.autem & Ioan.& Azo & Hu.dicūt eum liberari ſemper præſtando intereſſe, etiā ſi haberet rem : & pro ſe habent quod hîc dicitur,&.C. eo.ſi traditio.&.j.e.ex empto.§.etiā.&.j.qui. mo.pig.vel hypo.ſol.l. volūtate.&.C.de fi.inſtru.cōtract⁹.&.C.de here.ven.l. qui tibi. Cū ergo his legibus dicatur ꝙ vel rē vel intereſſe præſtet,patet ꝙ eſt eius electio:vt.j.de iu.do.l.plerūq;.in fi.ad.l.autē M.reſpon. quia illa,qui reſtituere.loquitur quādo quis petit ſuū:ſed hîc petit ſibi debitū,ſecūdū Bul.ſed Io. reſp. ꝙ ibi nō dicit ꝙ iudex debeat in re cōdēnare:ſed ſi cōdēnauerit, debet exequi.ad illā de fideicō.lib.l.fi.dicūt quòd ſpeciale eſt fauore libertatis.ad inſti.de dona. dicūt ꝙ ſimiles ſunt vēditor & donator in hoc, ꝙ tenetur vnus præciſè.ſ.donator ſi ſtipulatio erat:alter cauſatiuè tenetur, ſcilicet venditor,hoc eſt niſi tradat intereſſe.imò ſunt hodie paria,cū vterq; ſit cōtractus neceſſitatis ex poſtfacto,quod olim in donatione non erat,niſi ſtipulatio interueniret:vt.C.de dona.ſi quis ar.§.pe.& ad illā de ver.ob.dici poteſt quòd promiſſor debet facere rē ſtipulātis omnimodo.ſ.vt tradat eā.nō dices tamen quòd præciſè tradere teneatur.Itē nec videtur cōtra cōuētionē venire,cū licentia legis faciat:quod tantūdē valet:vt.ſ.ſi cer.pe. l.certū. Cùm nec periuret qui legis licentia cōtra ſacramentū venit:vt.ſ.qui ſatiſd.cog.l.fi.Si velis primam opinionē vt æquiorē ſequi,habeas & hoc,quia aliud pro alio &c.vt.ſ.ſi cer.pe.l.ij.§. j.Item quid ſi in prima cauſa ad intereſſe fuit damnatus,quia nō dabat rem : an in cauſa appellationis ſi voluerit dare rem, liberabitur ad intereſſe? Reſpon.ſic:cum nec iudicatum videatur:vt infra ad Turpilia.l.j.§.fin.Item an ecōtra emptor præciſè teneatur ad pretium? Reſpon.eodem modo quo de venditore dixi, vt non poſſit peti pretium ſi velit dare intereſſe emptor.

a *Hoc autē*.ſ.intereſſe.Sed quid ſi cōmune intereſſe tātū vult? videt ꝙ nō poſſit nec cōuētū,ſecūdū ꝙ Azo dixit in ſūma de ſētētiis quæ pro eo.circa prin.Sed cōtra.ſ.de rei vin.l. ꝙ ſi poſſeſſor.

b *Intereſt*.Hic not.triplex intereſſe ex hac lege conuētū,vt pretium quod conuenit.Item commune,vt quantū res cōmuniter valet.Item ſingulare,quod excedit vtrūq; aliorū:vt hîc dicit.nō tamen vltra duplum pretij dari,ſecūdū Pe.Ar.j.e. Titius.in fi. &.l.cùm & fortè.ſed certè ſecūdū Bul.& vltra pretij dati duplū

† Quid ſit celare ī hoc argumento, elegāter definit Cicer.3. Offic.

A

tereſt emptoris. Hoc autē[a] interdū pretiū egreditur,ſi pluris intereſt,[b] quàm res valet,vel empta eſt.

Qui celat qualitatē per quā rei conditio fit deterior, hac actione ad intereſſe tenetur emptori, ſi fuit ignorans:ſecus ſi fuit ſciens.h.d.Bar.Primo ponit dictum,& rationē dicti.Secūdo declarat quid eſt celare, ponendo circa hos tres caſus. Tertio declarat rationē dicti. Quarto declarat quandā exceptionem poſitam in dicto,ſcilicet ſi emptor ſciuerit. Secūda ibi, ſed ſcire.Tertia ibi,& generaliter. Quarta ibi,hæc ita vera ſunt.Bar.

Vēditor ſi cū ſciret deberi[c] ſeruitutē celauit: non euadet ex empto actionē,ſi modo eā rē emptor ignorauit.Omnia enim quæ contra bonā fidē fiunt, veniūt in empti actionem.Sed ſcire venditorē, & celare, † ſic accipimus, non ſolùm ſi non admonuit,ſed & ſi negauit ſeruitutē iſtā deberi, [d] cùm eſſet ab eo quæſitū. Sed & ſi proponas eū ita dixiſſe: *Nulla quidē ſeruitus debetur, verū ne emergat inopinata ſeruitus,nō teneor*:puto eum ex empto teneri,quia ſeruitus debebatur,& hoc ſi ſciſſet.Sed ſi id egit ne cognoſceret emptor aliquā ſeruitutem deberi: opinor eū ex empto teneri. [e] Et generaliter dixerim, ſi improbato more verſatus ſit in celanda ſeruitute, debere eū teneri : non ſi ſecuritati ſuæ proſpectum voluit. [f] Hæc ita vera ſunt, ſi emptor ignorauit ſeruitutes: quia non videtur eſſe celatus, qui ſcit : neque certiorari debuit, qui non ignorauit. [g]

B

C

Si non reperitur menſura dicta, venditor tenetur.Bartol.

II. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI in emptione modus dictus eſt, & non præſtatur, ex empto [h] actio.

Poſſeſſio rei vēditæ debet tradi vacua, quæ à nemine detineatur vel poſſideatur.h.d.Et iſte.§.venit ad declarationem primi capitis,ſi res vendita nō tradatur. declarat enim qualiter debeat tradi.Bart.

Vacua poſſeſſio emptori tradita non intellegitur, [i] ſi alius in ea legatorum fideiue cōmiſſorū ſeruādorum cauſa in poſſeſſionem eſt, aut creditores bona poſſideant. [k] Idem dicendum eſt ſi venter in poſſeſſione ſit.nam & ad hoc pertinet [l] vacui appellatio.

Non videtur tradita nuda poſſeſſio, niſi quæ auocari nō poteſt. h.d.& ſimiliter tendit ad declarationem primi capitis ſi res vēdita non tradatur. Bartolus.

III. POMPONIVS *libro nono ad Sabinū.*

vſq; ad duplum cōmunis pretij,vel intereſſe.poteſt ratione mei ſingularis intereſſe condēnari, cùm iſte cōtractus certam ſpeciē vel quantitatem cōtineat.alioquin etiā infinitum extenderetur: vt.j.eo.l.idemq;.in princi.&.C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt.l. j.§.j. &.ij. vel dic vt ibi. Item hoc intelligas de intereſſe quod eſt circa rem,nō extra rem.neq; enim ſi potuit &c.vt.j.e.ſi ſterilis.§. cum per venditorē. ſecus ſi malè tradat:vt.j.e.l.Iulian⁹. in prin.ſed hodie etiā venit lucrū: vt.C.de ſenten.quę ꝓ eo.l.fi.Item no.in hac actione ſpeciale, vt ad ſingularem vtilitatē referatur intereſſe.aliàs commune tātūm inſpicitur : vt.ſ. ad leg.Aquil.ſi ſeruum meum.&.j.ad leg.Fal. l. pretia. Sed qualiter probabitur hoc ſingulare intereſſe? Dicvt.C. de ſentent.quæ pro eo quod intereſt.l.j.§.ij.

c *Deberi*. prædio vendito poſſet & econtra loqui.Accurſius.

d *Deberi*.puta arando viā in qua erat ſeruit⁹.

e *Teneri*.ſic &.ſ.de cōtrahen.empt.l.ea quæ. §.fi.&.j.eo.l.Iulianus. §.idem Iulianus. &.j. de ædil.edic.l.quotiēs. Accurſius.

f *Voluit*.ſecus eſt in re principali. nā & ſi noluerit ꝓſpicere ſuæ ſecuritati,& dixit ſe nolle teneri, nihilominus tenebitur:vt.j.e.l.quęro.ſed certè non eſt ſecus,quia tunc ſecuritati proſpicit,quando in nullo mētitur emptori:nec enim quid celat in quo ſciat errare emptorē:& tunc prodeſt ei pactum generale & ſpeciale. alioquin nec etiam ſpeciale proderit pactum:vt.ſ.de hered.ven.l.hoc autem.& infra eod.l. quæro.&.l.tenetur.§.fin.Accurſius.

D

g *Qui nō ignorauit*.not.cōtra ſciētes.ſic.j.de reg.iu.l.nemo videtur.&.j.de ædil.edic.l.j.§.ſi intelligatur. &.C.de epiſc.audi.l.& ſi legibus.Arg.cōtra.j.de adul.l.denūtiaſſe.circa prin. ADDIT. Sol.ſecundum Bart.hîc,& dic quòd quādoq; denūtiatio fit ſolùm ad certificādum aliquem,non ad alium finem.& ſic tūc ille qui certus eſt,certiorari nō debet,vt hîc cū ſimilibus. Quādoq; denuntiatio fit ad aliū finem.ſ. vt incitetur ille cui fit denuntiatio,ad aliquid faciendū,vt ſi volo denūtiare venditori quòd mihi mouetur lis,vt veniat ad me defendendū: tūc dico quòd etiā ſi certus eſt,nihilominus debet ei denūtiari ꝙ defendat:vt.j.qui abſentem.ſ.de procur.caſus eſt in.d.l.denūtiaſſe.j.de adul.

SI in emptione.] CASVS. Si vendo tibi fundum, & dico eſſe.x. iugerum:ſi non ſit tot,teneor actione ex empto. [VACVA.] Si vendo tibi rem & trado,ſed nō liberam,quia alius eſt in poſſeſſione illius rei ex cauſis & ſcriptis : pro non tradita intelligitur,& ages ex empto.Viuianus.

E

h *Ex empto*.quāto minoris eſſet empturus ꝓpter aſſeuerationē: vt.j.e.Iulianus.§.quid tamē.& plenè dices.j.e.ſi ſeruū.§.fi.Acc.

i *Non intelligitur*.quod fieri debet:vt hic,&.C.de proba.l. cum res.&.j.l.proxi.in prin.&.§.j.&.j.de leg.ij.Mæuius.§.pe.&.j.e. emptorem.§.j.Sed contra.ſ.de contrah.empt.l.ſi cùm fundū.§. fere.Accur. ADDITIO. Sol.per Bar.vt ibi in contrario,quia ab initio fuit tradita vacua poſſeſſio,propter quod fuit ab initio liberatus.& habes no.in.l.ab emptione.in gl.magna.§.de pac.

k *Bona poſſideant*. rei ſeruādæ cauſa,iſti tamen omnes non poſſident,ſed ſunt in poſſeſſione:vt infra de acquir.poſ.l.iij.§.fi.

l *Hoc pertinet*. quaſi dicat,non ſolùm quòd alius non poſſideat, ſed etiam emptor ſit potior. hoc eſt etiam quòd nullus prædicto modo in poſſeſsione ſit.Accurſius.

Datio

A Atio.] CASVS. Si vẽdo tibi rẽ & trado, ſi per aliquẽ poteſt auocari poſſeſſio, pro nõ tradita habetur. [SI EMPTOR.] Si res vẽdatur neq; tradatur, vẽditor emptori ad rẽ & fruct⁹ tenetur. Sed quid ſi emptor ſtipulatus fuerit rem ſibi tradi, an peti poſſit fructus ex ſtipulatu? Et reſp. quòd nõ: quia in ſtricti iuris iudiciis nõ veniũt fructus, ſed ex empto ad eos agetur. [SI PER.] Si vinũ vẽdatur, refert fuerit vẽditor ĩ mora, an emptor. ſi venditor fuerit in mora tradendi, cõdẽnabitur quanti plurimi fuerit vinum à tẽpore cõtractus. Vel ſi res erat deducta in iudiciũ: quãti plus fuerit tẽ pore ſentẽtiæ, & toto tempore medio, qđ ſubaudias, licèt hîc nõ dicatur. & idẽ eſt de oleo. Mora autẽ adhibita per venditorẽ intelligitur, ſi nihil impediuit eũ quo minus traderet. neq; cõſiderabitur tãtũ pretiũ loci in quo agitur, ſed illi⁹ loci quo tradi debuit vinũ, quia ſi vẽdatur Capuæ, & debeat tradi Brũduſij: pretiũ quod valere poſſet Brũduſij. & quod dicit, à Brũduſio. i. ſeparatiuè. q. d. ſi vinũ datur alibi, puta Capuæ tradendũ Brũduſij, vt illa præpoſitio, à Brunduſio, ſeparet, non quòd innuat quòd Brunduſij celebretur cõtractus. Viu.

* Flo. Ratio, & ita cõmuniter allegatur. quidã ex ingenio reponit traditio. ſed nõ puto Id licere.

DAtio* poſſeſſionis, quæ à venditore fieri debeat, talis eſt, vt ſi quis eam poſſeſſionem iure auocauerit, tradita poſſeſſio non intelligatur.[a]

In ſtipulatiõne vacuã poſſeſſionem tradi non veniunt fructus à tempore moræ, ſed veniunt in actione ex empto. Bartol.

B Si emptor vacuam poſſeſſionẽ tradi ſtipulatus ſit, & ex ſtipulatu agat, fructus non veniẽt[b] in eam actionẽ: quia & qui fundum dari ſtipularetur, vacuam quoque poſſeſſionem tradi oportere ſtipulari intellegitur, nec tamen fructuum præſtatio ea ſtipulatione cõtinetur:[c] neque rurſus plus debet eſſe in ſtipulatione, ſed ex empto ſupereſſe ad fructuum præſtationẽ.

In incorporalibus patiẽtia eſt ꝓ traditione. h. d. Et venit ad declarationem primi capitis. Bart.

C Si iter, actum, viam, aquæductũ per tuum fundum emero, vacuæ poſſeſſionis traditio nulla eſt.[d] itaque cauere debes, per te nõ fieri quo minus vtar.

Venditor tenetur quanti plurimi res fuerit à tẽpore moræ. Item quo loco plurimi fuerit. Itẽ econuerſo, ſi emptor fuerit in mora. h. d. Et venit ad declaratiõnẽ primi capitis, ſi res vẽdita nõ traditur. B.

Si per venditorẽ vini mora fuerit[e] quo minus traderet, cõdemnari eũ oportet, vtro tẽpore plu ris vinum fuit, vel quo venit, vel quo lis in condemnationẽ deducitur. Itẽ quo loco pluris fuit, vel quo venit, vel vbi agatur. Quòd ſi per emptorem mora fuiſſet, æſtimari oportet pretiũ quod ſit cũ agatur,[g] & quo loco[h] minoris ſit. Mora autem videtur eſſe,[i] ſi nulla[k] difficultas venditorem impediat quo minus traderet: præſertim[l] ſi omni tempore paratus fuit tradere. Itẽ non oportet eius loci[m] pretia ſpectari, in quo agatur, ſed eius vbi vina tradi oportet. Nã quod à Brundeſio[n] † vinũ venit:[o] etſi vẽditio alibi facta ſit, Brundeſii tradi oportet.

Antequam res euincatur, nõ poteſt agi de euictione, ſed ex empto propter qualitatem à ſciente celatam. h. d. & ſic venit ad declarationem ſecũdi capitis poſiti ſupra eo. l. 1. §. 1. ſimile in. l. tenetur. §. fin. infra eod. Bartolus.

IIII. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum.*

D SI ſeruũ mihi ignoranti ſciẽs furem vel noxiũ eſſe vendideris, quãuis duplam promiſeris,[p] teneris mihi ex empto, quanti mea intererit ſciſſe: quia ex ſtipulatu eo nomine agere tecũ nõ poſſum antequam mihi quid abeſſet.[q]

Quod deficit in menſura, æſtimatur reſpectu quantitatis menſuræ, non reſpectu bonitatis loci: quia quod non eſt, non habet bonitatẽ nec malitiã. & hoc venit ad declarationem tertii capitis poſiti in. l. ii. in princi. ſupra eo. tit. Bart.

Si modus agri minor inuenia-

a *Nõ intelligatur.* Nunquid ergo agetur ad intereſſe vel ad duplũ? Reſpõ. ad intereſſe, nõ ad duplũ, etiã ſi pretioſa res eſt: quia non res, ſed rei poſſeſſio eſt euicta, ſecundũ Azo. Item not. ꝙ non intelligitur traditũ, quod iure poteſt auocari: vt. j. de leg. ij. Mæuius. §. pen. & de leg. iij. qui cõcubinam. §. ſi heres. & . j. de iure pa. ſi libertus. circa prin. & . j. de ſolu. ſi creditor. & . j. de acquir. poſ. l. non videtur. nec periuratur ſi ex cauſa licita deieratur: vt. ſ. qui ſatiſda. cog. l. fi. Itẽ quod dicit, ſi eſt auocata, idẽ & ſi poteſt auocari, licèt non ſit auocata: vt. ſ. l. proxi. §. j. Nec obſtat. j. eo. l. Iulia. §. poſſeſſionem. vbi dicitur ꝙ tradita eſt, licèt poſsit auocari. Solut. ibi eſt pro tradita ad hoc, vt ad vſuram pretii emptor teneatur: quia percipit fructus: non autem vt venditor ab intereſſe liberetur, vt hîc. Accurſius.

b *Non venient.* imò videtur ꝙ ſic: vt. j. de vſu. ſi ſtipulatus. in prĩ. quæ eſt cõtra. Sol. hîc minus dicit. i. tãtũ vacuã poſſeſsionẽ tradi. ibi plus, quia ſtipulatus eſt rẽ dari, & vacuã poſſeſsionẽ tradi. Vel hîc fuit ſtipulatus animo nouãdi actione ex empto: & quod nõ eſt deductum in nouatione, priſtina actione petetur, ſcilicet fructus: vt infra ea. l. in fi. & hic ſubiicit. Item intellige hoc, niſi poſt litem conteſtatam: vt. j. de vſur. l. videamus. §. ſi actionem.

c *Continetur.* vt. j. de verb. obli. l. ſi filius. §. cũ fundum. Sed cõtra in eo. tit. l. ſi fundũ. vbi dicit venire intereſſe. Solu. ibi de alio intereſſe, quàm de fructibus dicit. Itẽ cõtra. j. e. tit. l. in conuentionalibus. vbi dicit venire cauſam bonorũ. Sol. dicit cauſam. i. proprietatem rei, non poſſeſsionem ſolam, fructus autem non niſi poſt litis conteſta. vt. d. l. j. de vſur. videamus. §. ſi actionem. Acc.

d *Nulla eſt.* quia incorporalia traditionem non recipiunt: vt. j. de acquir. re. do. ſeruus. §. incorporales. & ſupra de ſerui. l. ſeruitutes. & . l. quotiens. & ideò qui præſtat patientiam, non liberatur ab actione perſonali. & ſic poſtea præſcriptione tolli poteſt: vt diximus. C. de vſufruc. l. corruptionem. Accurſius.

e *Mora fuerit.* per diei lapſum: vt ſupra de lege commiſ. ſi fundus. in fin. Vel per interpellationẽ: vt. j. de ver. oblig. ſi ex legati.

f *Vel quo venit.* imò videtur tẽpus quo petitur, inſpici, non præcedẽs: vt. ſ. ſi cer. pet. l. vinũ. quæ eſt cõtra. Sol. illa in ſtricti iuris iudicio: hęc in bo. fi. Huic ſolutioni eſt cõtra. ſ. commo. l. iij. §. in hac. quæ dicit idem in bo. fi. tempus nõ cõtractus, ſed rei iudicãdę, i. morę inſpici. ſed il la in fructibus & ſimilibus loquitur, hæc quò ad rei æſtimationẽ: vt. j. de vſu. l. videamus. §. ſi actionem. & . §. ſeq. & hoc ſecũdũ quoſdã. Tu dic, quod hîc à tẽpore cõtractus fuit in mora quia ſic cõuenit vt ſtatim traderet. Et ſic non obſtat etiã. ſ. mã. hominẽ. Itẽ opponitur, quia & in ſtricti iuris iudicio inſpicitur tẽpus moræ: vt. ſ. de rei vin. fructus. cùm tẽpus litis cõteſt. deberet inſpici: vt. §. in hac. ſed dic ꝙ rei vin. habet ſimilia cum actione bo. fi. & hoc ſecundũ Io. Cõpẽdioſius autẽ hîc fuiſſet locutus, ſi dixiſſet à tẽpore moræ, quãti plurimi intereſt emptoris cõdẽnatiõnẽ faciẽdã. hoc enim eſt verum: vt ſupra de triti. l. penul. in fi. & . l. fi. & infra eo. l. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem.

† Vul. Brunduſio, & mox, Brunduſij.

g *Agatur.* ſ. ſi tunc eſt minus, quàm in tẽpore præterito poſt moram in accipiendo factã. nã ſi præterito minus valuit quàm nunc, id minus præſtabitur in præiudiciũ emptoris: vt. ſ. de triti. l. pe. in fi.

h *Ex quo loco.* habita ratione loci & domicilij vbi fuit venditum. Itẽ eo attento an ibidem vina tradi oportuit: vt infra ſtatim. §. nõ oportet & c. Accurſius.

i *Videtur eſſe.* ſcilicet emptoris.

k *Si nulla.* ſi enim vlla difficultas interueniat venditoris, emptor non videtur in mora: quia & ſi vellet accipere, non poſſet. Azo.

l *Præſertim.* abundat: vt. C. de teſt. ma. l. fi. §. j. Vel ideò dicit præſertim, quia etſi non omni tempore, aliquo tamen ſeparatum dixit tradere, & illo ſaltem tempore emptor fuit in mora: vt ſupra de peri. & com. rei ven. l. illud. Azo.

m *Loci.* ſ. tãtũ. ſic. j. de bo. auth. iu. poſ. l. iij. & hoc ſiue emptor ſiue venditor fuerit in mora. & hoc ſi eſt aptus locus ad petẽdum.

n *A Brunduſio.* id eſt, in alio loco quàm Brunduſij, vt hæc dictio, a, denotet ſeparationem.

o *Venit.* Brunduſij tradendum. Accurſius.

E S I ſeruũ.] CASVS. Vendis mihi ſeruũ ignorãti ꝙ fur ſit, & ꝓmittis duplã pro euic. poſſum agere ex empto, quãti mea intereſt ſciſſe ſeruũ illũ furem fuiſſe: nõ tamen poſſum ex ſtipulatu agere pro euict. antequam ſeruus à me per noxalem actionem euincatur, qua tenetur, quia fur eſt. [SI MODVS.] Si vendidi tibi agrũ. l. iugerũ, & nõ ſit niſi. xl. teneor ex empto. Sed quid ſi vendideris mihi iugera vineæ & prati, & tamen in eodẽ fundo, & ita per partes fiat vẽditio, vt differat à priori caſu: ſed in vinea min⁹, magis ſit in prato: in hoc caſu quia maius dãnum eſt ſi deſit in vinea q̃ ſi in prato deeſſet, quia melior eſt vinea, pro bonitate loci fiet æſtimatio.

p *Promiſeris.* ſi furtis noxiſq; ſolutus nõ ſit: quæ eſt alia quã de euic. de hoc habes. j. de ædil. edic. qđ ſi nolit. §. quia aſſidua. Acc.

q *Abeſſet.* etiam ſi condemnatus ſit, ſicut & in ſtipulatione habere licere: vt infra de euic. l. habere licere. Sed contra infra de euic. ſi emptori. Sol. illa ſecundum iſtam, vt non prius poſſit agi, quam abſit. ſecus eſt in actione ex empto: vt ſubiicit infra e. ſer.

ff. Vetus.



UNED

uus.§.fin.in princ.& adde quod not.j.eo.emptorem.Accurſius.

a *Pro numero iugerum*.hoc intellige cũ in ſingulis iugeribus certũ pretium conſtitutũ erat.alioquin ſi modus nõ inuenitur minor, ſed loci qualitas,bonitatis fiet æſtimatio:vt.j.ſtatim ſequitur.

b *Obligatus*.ſcilicet ad tradendum quod deeſt: vel ad tradẽdum pretium,ſi vltra habet. Accurſius.

c *Si dictum eſt*. vt ſi in vinea.x.iugera eſſe debeat,in prato.x.& in vinea deeſt. magis enim detrahitur, quàm ſi in prato deeſſet:vt hîc,& j.eod.ſi in qualitate.& infra de euict. qui fundum.&.j.eo.ſi duorũ. in fi. Vel intellige hoc reſponſum venditione contracta in ſpecie: vt d.l.ſi duorum.in prin.

*S I heres*.] CASVS. Si heredem meũ damnauero rem tibi vẽdere, eadẽ præſtabit quæ aliquis emptor pręſtaret,puta fructus,nõ ſolùm res:& cũ eo ex empto aget.hoc in prima. Sed quid ſi non dãnaui eum,credidit tamen ſe eſſe damnatum?non tenebitur ex empto, ſed ſibi agenti obſtabit doli excep.hoc in ſecũda. Sed & ſi putaret ſe eſſe damnatum dare alicui, & eidem promiſiſſet: agenti obſtabit doli exceptio.Vlpia.

d *Propria ſunt*. i.acceſſoria rei emptæ, quæ ſunt multa:vt per multas leges huius titu. & maximè.j.e. Iulianus. §.fin.&.ſeq.ll.Azo.

e *Ex teſtamento*. valet enim huiuſmodi legatum, ſiue certum pretium teſtator ſtatuerit, ſiue non, quo caſu iuſtum intelligitur: vt.j. de leg.j. ſi fideiuſſor.§. meminiſſe.

f *Doli mali*. repeteret enim ſi daret: vt.s. de pac.ſi cùm te.ergo dolo:vt.j.de except.do.l. dolo.Accurſius.

g *Vt liberetur*. id eſt ſine cauſa: vt.s.de condic.ſine cau.l.iij.

*T Enetur*.] CASVS clarus eſt vſq; ad §.ſi locũ. [SI LOCVM.] Vendidi tibi locum ad ſepulchrum . ego autẽ ædifico ibi prope ita quòd deterior ſit loc⁹. tibi teneor actio. emp. [SI TIBI.]Vendidi tibi ſeruitutem aliquã, ſed tu nõ habebas fundum vicinũ cui acquiri poſſet. nihil tibi teneor.Sed ſi tibi vendidi fundum, & dixi ei deberi iter:tenebor tibi. [SI DOLO.]Si venditor faciat aliquid in re empta dolo malo,tenetur emptori.[SI VENDITOR.] Vendidi Titio fundum quem ſciui eſſe obligatum aut alienum,& dixi in contractu me

tur, pro numero iugerũ a auctor obligatus b eſt : quia vbi modus minor inuenitur,non poteſt æſtimari bonitas loci qui non extat. Sed non ſolùm ſi modus agri totius minor eſt, agi cum venditore poteſt,ſed etiam de partibus eius, vtputa ſi dictum eſt c vineæ iugera tot eſſe,vel oliueti,& minus inueniatur. ideóque his caſibus pro bonitate loci fiet æſtimatio.

Si venditio fiat ex neceſſitate præcedentis actionis, actio ex eo contractu competit cum effectu, niſi per errorem facta fuerit.Bart.

V. IDEM *libro tertio ad Sabinum*.

S I heres teſtamento quid vendere damnatus ſit,& vendiderit:de reliquis quæ per conſequẽtias emptionis propria ſunt, d vel ex empto vel ex teſtamento e agi cum eo poterit. Sed ſi falsò exiſtimans ſe damnatum vendere,vendiderit: dicendum eſt agi cum eo ex empto non poſſe : quoniã doli mali exceptione actor ſummoueri poteſt, quemadmodum ſi falsò exiſtimans ſe damnatũ dare,promiſiſſet, agentem doli mali f exceptione ſummoueret. Põponius etiam incerti condicere eum poſſe ait, vt liberetur. g

VI. POMPONIVS *libro nono ad Sabinum*.

T Enetur ex empto venditor, h etiam ſi ignorauerit i minorem fundi modum eſſe.

Actio deſcendens ex contractu, competit ad ea quæ veniunt in pacto incontinenti appoſito.h.d. In hoc.§ potes accipere quartum caput actionis ex eo cõtractu,quòd deueniat pactum incontinẽti appoſitum.ſimile infra.§.proxi.

Si vendidi tibi inſulam certa pecunia, & vt aliam inſulam meam reficeres,agam ex vendito,vt reficias. k Si autem hoc ſolùm, vt reficeres eam conueniſſet, non intellegitur l emptio & venditio facta: vt & Neratius ſcripſit. Sed ſi aream tibi vendidi certo pretio,& tradidi,ita vt inſula ædificata partem dimidiam mihi retradas : verum eſt & vt ædifices, agere me poſſe ex vendito,& vt ædificatam mihi retradas.Quandiu enim aliquid ex re vendita m apud te ſupereſſet, n ex vẽdito me habere actionem conſtat.

A nolle teneri de euict. quæritur,vtrum ego excuſor ab act.ſi fundus euincatur? Reſpond.quòd non, propter dolum quem adhibu i,quia tacui eum eſſe obligatum.eſt enim hoc iudicium bonæ ſi dei.Viuianus.

h *Venditor*.ad pretium ſup erfluum reddendum.

Tenetur venditor ſi rem faciat deteriorem antequam tradat.h.d. In hoc.§.poteſt eſſe quintũ caput ad quod illa actio datur,ſcilicet ſi res facto venditoris efficiatur deterior.

Si locum ſepulchri emeris, o & propius p eum locum,antequam mortuus ibi inferatur, ædificatũ à venditore fuerit,poteris ad eum B reuerti.

Quod dictum eſt de modo agri, idem debet intelligi de menſurâ & pondere vaſis &c.Bart.

Si vas q aliquod mihi vendideris,& dixeris certam menſurã capere , vel certum pondus habere: ex empto tecum agam ſi minus r præſtes.

In locatione vel venditione vaſis, in dubio intelligitur vt incorruptum præſtetur.Bartol.

C Sed ſi vas mihi vendideris,ita vt adfirmares integrum: ſi id integrum ſ non ſit: etiam id quod eo nomine perdiderim,pręſtabis mihi.Si verò non id actum ſit, vt integrum præſtes, dolum malum dũtaxat præſtare te debere. Labeo contra putat : & illud ſolùm obſeruandum,vt niſi in contrariũ id actum ſit,omnimodo t integrũ præſtari debeat. & eſt verũ . quod & in locatis doliis præſtandum. Sabinum reſpondiſſe u Minicius refert.

D Si res euincitur facto emptoris, de euictione non agitur.ſecus ſi facto venditoris.h.d. Et eſt ſextum caput huius actionis,ſcilicet ſi res euincatur.Poſſet etiam dici quod contineatur ſub primo, ſcilicet ſi res non tradatur.Bartolus.

Si tibi iter vẽdidero,ita demum auctorem me laudare poteris , ſi tuus fuerit x fundus, cui adquirere ſeruitutem volueris. Iniquũ eſt enim me teneri,ſi propter hoc adquirere ſeruitutem non potueris, E quia dominus vicini fundi nõ fueris.Sed ſi fundũ tibi vendidero,& ei fundo iter acceſſurũ dixero, y omnimodo tenebor itineris nomine : quia vtriuſque rei quaſi vnus venditor obligatus ſum.

Ex hoc contractu tenetur filiusfa.ſicut paterfam.h.d.& hoc eſt in omnibus contractibus præterquã in voto & in matrimonio. Bart.

i *Ignorauerit*. nihil intereſt &c. vt.j.de ædil. edic.l.j.§.cauſa.& facit ſupra eo.l. in emptione.j.reſpon.&.s.depoſiti.l.j.§.ſi ignorauit. Accurſius..

k *Vt reficias*.No.quòd agitur ex vendito ad id quod eſt in facto: vt hîc,& infra proxi.&.j. eo.l.Iulianus.§. penul. Accurſius.

* quàm ſcilicet lex xii. tab.& Solonis permittat.nam Solonis lex vetat propius ſexaginta pedes ædificari,vt ait Cic. 2.de legib.

l *Non intellegitur*. ſed eſt contractus innominat⁹:ex quo poteſt agi præſcript. ver. vt infra de præſcript.ver.ſi tibi areæ.Sed contra ſupra de contrah.empt.l.fun di partem.Solu.ibi interuenit pecunia, licèt ex alia cauſa. præterea nõ fuit illius partis dominium tranſlatum.

m *Ex re vendita*. ſcilicet de eo quod mihi debes retradere. ſed & ſi eſſet extinctum vel deperditũ ſine culpa, actio euaneſcit : vt hic innuit, &.j.de verbo. oblig.ſi ex legati.

n *Supereſſet*. ſed pone, emptor fecit domum: & antequam traderetur,combuſta eſt,nunquid liberat ur? Accur.

o *Emeris*. & traditus eſt.Accurſius.

p *Et propius*. ſcilicet quàm debeat, vel lege ſit ſtatutum : vt ſupra fini.regun. l. fi. hîc autẽ emptor illius legis nõ habet beneficium, quia tempore ædificationis non habebit ius infere ndi : vnde redit ad actionẽ ex empto qu o ad intereſſe,vel vt tollat ædificium.

q *Si vas*.puta cuppam argenteam.

r *Minus*. ponderis vel menſuræ.

ſ *Integrum*.id eſt ſanũ. Accurſius.

t *Omnimodò*. id eſt indiſtinctè ſciat vel non, in principali vel acceſſoria:vt infra de ædili. edic.l.proinde.& infra e.quicquid. Sed in cõmodato diſtinguitur, ſciuerit vel non:vt ſupra commo.l.ſin rebus. §. item qui ſciens.&. l. pen.Accurſius.

u *Reſpondiſſe*. expreſſim.Azo. & facit infra loca.l.ſed addes.§.j.

x *Tuus fuerit*. eſt enim hæc iuſta cauſa impedimenti : vt.s.communia prædio.l.j. Accurſius.

y *Dixero*.ex prædio vicini. ſed & ſi non dixero , teneor emptori ſi ideò

ſi ideò amiſit non vtendo, quia certioratus non fuit: vt.s̃.de cõtrahen.empt.l.in vendendo.§.j.Accurſius.

a *Sicut paterfamiliâs*. in omnibus enim vt paterfa.tenetur: vt hîc, &.j̃.de act.& obli.l.filiusfa.&.s̃.depoſiti.l.j.§.filiusfamiliâs.

b *Si dolo malo*. vel culpa leui. Azo.

c *Dolum malũ*. qui tali caſu interceſſit: vt & s̃.eo.l.j.&.j̃.eo.l.Iulianus.§.idẽ Iul.&.l.quęro.&.s̃.de here.ven.l.hîc autem.&.s̃.de con trah.emp.l.ſi cùm fundum.§.j. & de pericul.& cõmo. rei ven. ſi vina quæ in doliis.in fi.

F*Vndum*.] CASVS. Vẽdidiſti fundum deducto vſu pro Titio quem dicebas eſſe Titij cùm apud te erat remãſurus. nõ prius agã contra te quàm Titius mortuus fuerit, vel capite minutus. idẽ ſi dixiſſet eſſe Titij cùm eſſes Seij. Viuianus.

d *Cùm ſit Seij*. & facit ad hanc.l.s̃. com. prædi.l.ſi in venditione.& de vſufr.ſub conditione.&.s̃.de euict. l. minor.§.fina.[a] &.l.fundũ cuius. Accurſius.

a] Ille.§. potius contrariatur ſecũdum Pau.

e S*I tibi liberũ*. *Incerti*. non ſolùm ex vendito: vt.s̃.de ſerui.vrb.præd.l.ſi binarũ.&.s̃.de condic.inde.l.ſed & ſi me putem.§.j.

f S*I is qui*. *Tollat*. ſic in vino vẽdito: vt.s̃.de peri.& commo. rei vend.l.j.§.licèt.

Caſum ponit.

g N*On eſt nouũ*. Quidã vendidit rem duobus diuerſis tẽporibus, & cuilibet in ſolidũ: & cuilibet tradidit.& iſte venditor ꝓmiſit de euict.cuilibet. tandẽ cuilibet eſt euicta. vnde quilibet habet actio.de euic.antequam aliquis emptorũ ageret, deceſſit vnus emptor eorum, altero emptore relicto herede. In ſecunda parte dicit: quidam vendidit rẽ vni, puta Titio, & tradidit.de euic.promiſit. deinde Titius emptor hanc eãdem rem emit ab alio, & de euic. fuit promiſſum. vnus vẽditor ſucceſsit alij vẽditori. tandem euicta eſt res Titio. hîc venditor qui ſupereſt, tenetur de euict.& tanquã heres venditoris, & tanquam venditor.

h *Hereditariam*. nec exceptione rei iud.repellitur:[b] vt.j̃.de exce.rei iud.& an eadẽ.in prin.&.§.actiones.

b] Idẽ Alber.

i *Mouere poteſt*. non vtranque.& eſt ratio ſecũdum quoſdam, quia

A

Si filiusfamiliâs rem vendiderit mihi, & tradiderit, ſicut paterfamiliâs[a] tenebitur.

In hoc contractu videtur tacitè promitti dolum malũ abeſſe. vel aliter: Dolus in hoc contractu cõmiſſus per actionem ex contractu purgatur. Bartolus.

Si dolo malo[b] aliquid fecit vẽditor in re vendita, ex empto eo nomine actio emptori competit. nam & dolum malum eo iudicio æſtimari oportet, vt id quod præſtaturum ſe eſſe pollicitus ſit venditor, emptori preſtari oporteat.

B

Pactum ne quis de euictione teneatur, non prodeſt ei qui ſciuit cauſam ex qua res euinceretur, & tacuit. Bartolus.

Si venditor ſciens obligatũ aut alienum vendidiſſet, & adiectum ſit, néve eo nomine quid præſtaret: æſtimari oportet dolum malum[c] eius: quem ſemper abeſſe oportet in iudicio empti, quòd bonæ fidei ſit.

C

Mendacium circa ſubſtantiam perſonæ non inducit hanc actionem, niſi emptoris incipiat intereſſe. h.d. vel aliter: Si quod attribuitur vni, alteri acquiratur, intelligitur cum omnibus conditionibus perſonæ nominatæ cohærentibus. Bartolus.

VII. IDEM *libro decimo ad Sabinum*.

D

Fundum mihi cùm venderes deducto vſufructu, dixiſti eum vſumfructũ Titij eſſe, cũ is apud te remãſurus eſſet. ſi cœperis eum vſumfructũ vindicare, reuerti aduerſus te nõ potero donec Titius viuat, nec in ea cauſa eſſe cœperit, vt etiã ſi eius vſusfructus eſſet, amiſſurus eũ fuerit. nã tunc, id eſt ſi capite deminutus, vel mortuus fuerit Titius, reuerti potero ad te venditorem. idémque iuris eſt ſi dicas eum vſumfructum Titij eſſe, cùm ſit Seij.[d]

Si dolus re ipſa committitur, nõ ex propoſito, per hanc actionem purgatur. Bartolus.

VIII. PAVLVS *libro quinto ad Sabinum*.

Si tibi liberũ prædiũ tradidero, cũ ſeruiẽs tradere deberẽ: etiã cõdictio incerti[e] cõpetit mihi, vt patiaris eã ſeruitutẽ quã debuit, imponi. Quòd ſi ſeruũ prædiũ in traditione fecero, quod liberũ tibi tradere debui: tu ex empto habebis actionẽ remittẽdæ eius ſeruitutis gratia, quam pati nõ debeas.

Emptor vt tollat rẽ venditam: actione ex vẽdito cõuenitur. Bart.

IX. POMPONIVS *libro vicenſimo ad Sabinum*.

Si is qui lapides ex fundo emerit, tollere eos nolit: ex vendito agi cum eo poteſt, vt eos tollat.[f]

Duæ actiones eiuſdem ſpeciei, competentes eidem ad diuerſa, poſſunt ſimul in eodẽ libello cumulari. Bartolus.

X. VLPIANVS *libro quadrageſimoſexto ad Sabinum*.

Non eſt † nouũ,[g] vt duę obligationes in eiuſdem perſona de eadẽ re concurrãt. Cùm enim is qui vẽditorẽ obligatũ habebat, ei qui eundẽ vẽditorem obligatũ habebat, heres exſtiterit: cõſtat duas eſſe actiones in eiuſdẽ perſona cõcurrentes, propriã, & hereditariã:[h] & debere heredem inſtitutum, ſi velit ſeparatim duarum actionum cõmodo vti, antè aditã hereditatem proprium venditorẽ conuenire, deinde adita hereditate hereditarium. Quòd ſi prius adierit hereditatem, vnam quidem actionem mouere poteſt:[i] ſed ita vt per eam vtriuſque contractus ſentiat commodum. Ex cõtrario quoque ſi venditor venditori heres extiterit, palam eſt duas euictiones eum[k] præſtare debere.

Iuriſconſultus præmittit quædã circa naturam actionis ex empto & vendito, nunc ordinate incipit tractare de natura actionis ex empto in omnibus capitibus ſuis vſque ad.l.Iulianus.§.ex vẽdito. ibi tractat de natura actionis ex vendito vſque ad fin. l. poſtea tractat quæſtiones extraordinarias circa materiã.& breuiter. h.d. Actio ex empto competit emptori ad præmiſſa.& ad ea quæ veniũt ex natura cõtractus, hoc eſt quòd res tradatur, & de euictiõe obligetur. B.

XI. IDEM *libro 32. ad Edictum*.

E

Ex empto actione is qui emit vtitur. Et in primis ſciẽdũ eſt, in hoc iudicio id demum deduci, quod preſtari cõuenit. Cùm enim ſit bonæ fidei iudicium, nihil magis[l] bonæ fidei cõgruit, quàm id præſtari quod inter cõtrahẽtes actũ eſt. Quòd ſi nihil cõuenit: tũc ea præſtabuntur, quæ naturaliter inſunt hui9 iudicij poteſtate.[m] Et in primis ipſam rẽ præſtare vẽditorẽ oportet: id eſt tradere. Quæ res, ſi quidem dominus fuit venditor, facit ad emptorem dominũ. ſi nõ fuit, tantùm euictionis[n]

abſurdum eſt eidem in eundem eiuſdem rei nomine duas actiones competere. ſed[c] ſi diuerſi generis eſſent, veluti ex ſtipulatu vna, ex teſtamento alia, tunc vtranque exercere poteſt: vt infra de act.& obli.ſi is qui. Sed hæc ratio non eſt bona, quia non eſt abſurdum, imò conſonũ iuri, cùm non appareat quæ potius tolleretur: vt.j̃.de fideiuſ.l.generaliter.&.l.ſi re9.& de duobus re. l. ſi reus. Dic ergo quòd hæc ſit ratio minuendarum litium: ar.ſupra pro ſoc.l.cũ duobus.[d] §.ſi plures.& fam.erci.heredes.§.j. & infra de iniur.prętor edixit.§.ſi mihi. & potero vnam quam volam eligere: vt infra de lega.j.ſi mihi & tibi.in princ. quæ eſt argu.contra. Azo.

c] Approbatur per Alb & Pau.

d] Aliàs incipit, ſi fratres.

ADDITIO. Tu dic quòd iſtud non eſt verum: quia vtraq; proponitur: nec ob.l.ſi mihi & tibi. quia ibi per electionem vnius altera tollitur, quod nõ eſt hîc, ſecundum Barto.

† Gloſ. in cã. querelam. extra de electio. adducit hanc legẽ in argu. quòd duæ actiones poſſunt poni in eodẽ libello.

k *Eum*. id eſt venditorem.& facit infra de euic.l.ſerui venditor.

E*X empto*.] CASVS vſque ad.§.ſi quis eſt ſatis planus. [SI QVIS.] Pro virgine vendidiſti ancillã corruptam ſciẽs, mihi crẽdenti eam virginem. agam ad reſoluendam emptionem: non quia ſit vitioſa vel morboſa, ſed quia me decepiſti. [IS QVI.] Vendo tibi vinum. tu dediſti mihi anulum nomine arrarum. ſi emptio cõſenſu noſtro diſſoluatur, reddam tibi anulũ act.ex empto. Quid autem ſi emptio completa ſit re tradita, & pretio numerato, qua act. repetes anulum tuum? Et reſpond. quòd condici poteſt, & agi act. ex empto ad reddendum anulũ. [ETIAM.] Venditor ſerui multa debet promittere emptori. primò quòd nõ ſit fugitiuus. ſecundò quòd ſit noxa ſolutus. tertiò vt liceat habere emptori. Cætera vide hîc in glo. Viuianus.

l *Nihil magis*. hyperbolica locutio: vt ſupra de pact.l.j.in prin. Accurſius.

m *Poteſtate*. quæ autem hæc ſint, ſubiicit, & in primis &c. Accurſius.

n *Euictionis*. non autem faciet dominum: vt & infra de re. permu.l.j.circa princip.& infra de acquir. re. do. l.traditio.

a *Pretium.* hoc ad vtrunq; prædictũ caſum refertur: vt. ſ. de cõtrah. emp. l. vt res. &. l. quod vẽdidi &. ȷ. eo. l. Iulianus. §. offerri.

b *Facere cogitur.* Sed quæ eſt ratio quòd emptor cogitur, non autem venditor, facere rem accipientis? Reſpon. latius tenetur emptor, & ideò in hoc adſtringitur: ſed venditor in ſpecie, & ideò releuatur in hoc, vt ar. ſ. de iureiu. l. eum qui. & ſic alibi qui certum hominẽ promittit, ſtatu liberum dando liberatur: vt. ȷ. de ſtatuli. l. ſtatuliberũ de medio. §. illud. ſed in genere nõ, ſic vt. ȷ. de ſolu. qui decẽ. §. fi. &. §. qui hominẽ. &. l. cũ quis. §. iij. ſecundũ H. & facit ad ſolutionem iſtam. ȷ. de euic. heres ſeruum.

nomine vẽditorẽ obligat: ſi modò pretiũ [a] eſt numeratũ, aut eo nomine ſatiſfactũ. Emptor autẽ nũmos venditoris facere cogitur. [b]

Actio ex empto datur quãdoq; vt res vendita redhibeatur. Bart.

Redhibitionem quoque contineri [c] empti iudicio, & Labeo & Sabinus putãt, & nos probamus. Animalium quoque venditor cauere debet, ea ſana pręſtari. Et qui iumẽta vendidit: ſolet ita promittere, † *eſſe,* [d] *bibere vt oportet.*

Si emptor errauit in qualitate rei venditore ſciente, quam ſi ſciuiſſet, nõ emiſſet, hac actione agitur ad reſoluendũ cõtractũ. Bart.

Si quis virginem ſe emere putaſſet, cum mulier [e] veniſſet, & ſciẽs errare eum vẽditor paſſus ſit, redhibitionem quidem ex hac cauſa non eſſe: [f] veruntamen ex empto competere actionem ad reſoluẽdam [g] emptionem, vt pretio reſtituto mulier reddatur.

Hæc actio datur ad reſoluendũ contractum, quãdo hoc eſt actũ, & pro reſtitutione pretij ſeu arrarum: quo caſu concurrit cum cõdictione ob cauſam. Barto.

Is qui vina emit, arræ nomine certam ſummã dedit: poſtea conuenerat vt emptio irrita fieret. Iulianus ex empto agi poſſe ait vt arra reſtituatur, vtilẽmque eſſe actionẽ ex empto etiã ad diſtrahẽdam, [h] inquit, emptionem. Ego illud quęro, ſi annulus datus ſit arræ nomine, & ſecuta emptione, pretióque numerato, & tradita re annulus nõ reddatur, qua actione agendum eſt: vtrum condicatur, quaſi ob cauſam datus ſit, & cauſa finita ſit: an verò ex empto agẽdũ ſit. Et Iulianus diceret ex empto agi poſſe. Certè etiam condici poterit, [i] quia iam ſine cauſa apud venditorem eſt anulus.

Venditor tenetur præſtare ſeruũ non eſſe fugitiuum, furtiuum, vel noxiis obligatum. Bart.

Venditorem, etiam ſi ignorans vẽdiderit, fugitiuum nõ eſſe præſtare emptori [k] oportere Neratius ait. Idem Neratius, etiã ſi alienũ [l] ſeruũ vẽdideris, furtis noxiſque [m] ſolutũ præſtare te debere, ab omnibus [n] receptum ait: & ex empto actionẽ eſſe, vt habere licere emptori caueatur, [o] ſed & vt tradatur ei poſſeſſio. [p]

Si non obſeruetur quod debet, actio ex empto cõmittitur ad intereſſe totale: & de eo deducitur intereſſe particulare quod præſtitum eſt, ſi ſoluatur pecunia. ſecus ſi ipſa res traditur, Bartolus.

Idem ait non tradentẽ, [q] quãti [r] interſit [ſ] condemnari: ſatis autem non dantẽ, [t] quanti plurimũ [*] auctorem periclitari oportet. Idem Neratius ait, propter omnia hæc ſatis eſſe, quod plurimum eſt præſtari: id eſt, vt ſequentibus actionibus, [u] deducto eo quod præſtitum eſt, lis [x] æſtimetur. Idem

c *Contineri.* vt ex empto agatur ad redhibẽdum. i. ad reſoluẽdum contractum quãdoq;: vt. ȷ. ead. l. §. ſi quis virginem. &. §. is qui vina. non tamen dico quòd pro vitiis & morbis agi poſſit iure ciuili ad redhibendum, niſi pro ſeruo fugitiuo. ſed agitur ædil. edic. vt not. ȷ. de ædil. edi. ſciendum. §. dictum. Azo.

† vel ex Manilij formulis Hodie eſſe bibere rectè eſſe Var. de re ruſtica.

d *Eſſe.* id eſt edere, ſeu comedere. Azo.

e *Mulier.* id eſt corrupta. Accurſius.

f *Non eſſe.* i. actionem redhibitoriã, cùm non ſit morboſa vel vitioſa: aliàs haberet locum redhibitoria: vt. ȷ. de ædil. edic. l. ædiles aiũt. §. idẽmq; refert. Accur.

g *Ad reſoluendam.* valebat enim: vt. ſ. de cõtrahen. emp. alioquin. §. quod ſi ego me. & facit. ȷ. proxi. §.

h *Ad diſtrahendam.* vt &. ſ. proxi. §. & venditori ex vendito: vt. ȷ. de ædili. edic. l. cùm autem. circa prin. ibi, quod ſine iudice &c. Sed nónne ipſo iure ſolo cõſenſu iam diſtracta eſt? Certè ſic. Dic ergo, agatur vt diſtrahatur in eo quod de facto præceſſit. i. arrę datio vt reddatur, & inſtrumẽta emptionis caſſentur. de iure enim non reſcinditur, cùm ipſo iure ſit nulla: & id quod nullum eſt, reſcindi non poteſt: vt. ȷ. de iniuſto rup. teſta. l. nam & ſi.

i *Condici poterit.* condictione ob cauſam. Sed contra. ſ. vſu fr. quẽadmo. ca. l. fin. Sol. hîc erat venditor & fur quãtum ad annulum quem domino inuito contrectabat: vel condicit ratione poſſeſſionis venditor. Vel dic, hîc tranſtulit dominium in accipientem ob contractum. Item no. hîc, ſecundum quoſdam, arg. quòd cõdictio ob cau. habet locum in cõtractibus nominatis. Sed tu dic contra: vt. ȷ. de re permu. l. j. in fi. &. C. de contrahen. emp. l. ſi nõ donationis. & dixi. ſ. de condic. ob cau. l. fi. ADDITIO. Solut. dic quòd hîc datur pro arra, ſed arra nõ eſt contractus nominatus. nec obſtat quòd venit in actione ex empto, quia illud verũ ſicut cætera pacta incontinenti appoſita, non tamen quòd ſtaret de per ſe contractus arræ &c. ſecundum Bart. hîc.

k *Præſtare emptori.* id eſt, promittere debet venditor emptori: vt hîc, &. C. eo. l. emptori. ſed ſi non promiſit ignorans quanto minoris erat empturus, tenetur ſciens in omne intereſſe: vt. ȷ. eod. l. Iulianus. §. item qui furem.

l *Etiam ſi alienum.* non ſolùm ſi ſuum: vt hîc, & infra de euict. l. dicta. §. fin. in fine.

m *Noxiſque.* ſcilicet aliis. i. quòd nec furtum nec aliud tale maleficiũ cõmiſerit, pro quo debeat dari pro noxa: vt hîc, &. ȷ. de ædil. edic. l. quis ſit fugitiuus. §. quod aiunt. eũ autẽ furem nõ eſſe ꝓmittẽdo nõ videtur teneri. [a] ȷ. e. Iulianus. §. circa furẽ &c. ſed ſi fuerit promiſſũ, tenet promiſſio: vt. ȷ. de ædil. edic. ꝙ ſi nolit. §. j. nec eſt inutilis ratione ĩpoſſibilitatis: vt. ȷ. de euic. l. ita quis. Acc.

a] Sequitur hanc gloſ. Albe & Bar.

n *Ab omnibus.* ſcilicet ſolutus. vel dic, ab omnibus ſcilicet ſapiẽtibus receptum eſt.

o *Caueatur.* quid autem in hac cautione veniat, dic vt infra eod. l. proxi. §. qui autem.

p *Tradatur ei poſſeſſio.* non præciſè: licèt hoc quidã dicant: ſed vt ad intereſſe dãnetur, niſi tradat, vt ſubiicit, & dixi. ſ. e. l. j. hîc autẽ cauebatur de tradẽdo, quia in diem debuerat fieri traditio.

q *Tradẽte.* cũ dies tradendi venit, vel quaſi.

r *Quanti.* ſupple condemnari venditorem, quanti &c.

ſ *Interſit.* ſ. ſingulariter: vt. ſ. s. l. j. in prin.

t *Satis autẽ non dantẽ.* ſ. de prędictis, vel de euictione. & accipitur ſatiſdatio pro nuda promiſſione. nã cũ fideiuſſore ſatiſdare nõ tenetur: vt. ȷ. de præto. ſtip. l. j. in fi. &. ȷ. de euict. l. emptori. Vel fortè hic iam erat mota quæſtio in limine cõtractus, & ideò fideiuſſor dari debet: vt. ſ. de peri. &. cõ. rei vend. l. pe. §. ante. Et not. ꝙ duplex eſt hæc litera, auctorẽ & actorem. ſecundũ primã ſic lege: Satis autẽ nõ dantem auctorem. i. venditorem qui eſt emptori auctor, oportet damnari quanti plurimi intereſt emptoris. ſecundum aliã ſic: Satis autẽ non dantem dicẽdum eſt condemnari quanti plurimũ oportet periclitari emptorem ſiue actorẽ. nã emptor dicitur actor, qui agit contra venditorem. ſed licèt damnetur venditor quia de euictione non cauet, vt dictũ eſt: differtur tamen exactio donec certum ſit quanti ipſe periclitetur: vt. ſ. ad. l. Aquil. l. in lege. videtur tamen contrariũ innui hîc ſtatim. dicit enim, quod præſtitũ eſt. ſic &. ȷ. de euic. l. ij. Sed expone quod hîc ſubiicit. i. præſtari [b] iuſſum. & caue tibi, quia praue hæc litera loqui videtur. ſ. vt qui cõſecutus eſt intereſſe, ideo ꝙ nõ traditur, poſſit agere ad cautionẽ. quod apertè falſum eſt: vt. ȷ. l. prox. §. Caſſius. Quid enim mea intereſt caueri, cũ nõ ſeruũ ſed intereſſe habeã? alio ergo caſu dicit. ſed ſi ideò prius agã vt caueat, & quia nõ cauit ſeruum ſolutũ eſſe noxiis, & cõſequar pone. x. poſtea experiar, vt caueatur de euictione, vel vt tradat, debebit æſtimari totum intereſſe meũ, quod eſt (pone in. xx.) ſi res nõ traderetur: ſed quia cõſecutꝰ ſum. x. eis cõputatis in aliis. x. fit cõdẽnatio, & ita habebo totũ intereſſe ĩ. xx. nec vltra debet venditor ꝓpter cõſequẽtes actiones vel cautiones damnari: vt hîc, &. ȷ. de euic. l. quia dicitur. &. l. cũ fundus. Acc.

* Sic Flor. rectè non vt Bud. reſtituerat quãti plurimo.

b] Imò ſtat propriè. Albe.

u *Sequẽtibus actionibus.* id eſt actione ſequẽti loco propoſita propter aliam cautionem, vel actionem competenti nomine ſequẽtium cautionum. Azo.

x *Lis.* facta collatione omniũ. & dic caſum hîc & ſequẽti reſpõ. ſic, ſecũdũ Io. Si quid vẽditor emptori præſtiterit, fortè quia nõ cauebat, vel fortè quia ſeruus fugitiuꝰ erat: & cõueniatur modò quia nõ tradidit, vel quia noxiis ſolutus nõ ſit: deducto eo quod præſtitit, in reſiduũ fiet cõdemnatio. Idẽ videbatur & ſi cauit: & modò quia nõ tradidit, vel quia noxiis ſolutꝰ nõ ſit, cõueniatur, quaſi tantũ faciat cauiſſe, quãtũ quia nõ cauit ſoluiſſe. ſed nõ eſt ita. nã vbi cauit, nulla fit deductio. ſi verò quia nõ cauebat quid præſtitit, deducitur hoc quod præſtitit, ſi poſtea conueniatur.

Caſum ponit.

Non

rectè ait, ſi quid horum non præſtetur,[a] cùm cætera[b] facta ſint: nullo deducto condemnationem faciendam.

Qui non defendit rem emptã, hac actione aget, ſi notorium erat emẽtem habere iniuſtitiam. Bartolus.

B Idem libro ſecundo Reſponſorum ait, † emptorem[c] noxali iudicio condemnatum, ex empto actione id tantùm conſequi, quãti minimo defungi potuit.[d] Idémque putat & ſi ex ſtipulatu aget:[e] & ſiue defendat noxali iudicio, ſiue non, quia manifeſtũ fuit[f] noxium ſeruum fuiſſe, nihilo minus vel ex ſtipulatu, vel ex empto agere poſſe.[g]

Emptor debet effici potior in cauſa poſſeſſionis. Bart.

C Idem Neratius ait, venditorem in re tradenda debere præſtare emptori, vt in lite de poſſeſſione[h] potior ſit. Sed Iulianus libro quintodecimo Digeſtorũ probat, nec videri traditum, ſi ſuperior in poſſeſſione emptor futurus non ſit.[i] erit igitur ex empto actio, niſi hoc præſtetur.

Qui conſecutus eſt duplum, ex aliis capitulis huius actionis non aget. Bartolus.

D Caſſius ait eum[k] qui ex duplæ ſtipulatione litis æſtimationẽ cõſecutus[l] eſt, aliarum rerũ nomine de quibus in venditionibus caueri ſolet,[m] nihil conſequi poſſe. Iulianus, deficiente dupla, ex empto agendum[n] putauit.

Qui ex aliquo caſu de euictione non tenetur, poterit conueniri ſi ſciens eſt, vel in dolo repertus fuerit. Bartolus.

Denique libro decimo apud Minicium ait, ſi quis ſeruum ea conditione[o] vendiderit, vt intra triginta dies duplam promitteret, poſtea ne quid præſtaretur:[p] & emptor hoc fieri intra diẽ nõ deſiderauerit: ita demum non teneri[q] venditorem, ſi ignorans alienum vendidit. tunc enim hoc fieri, vt per ipſum & per heredem eius emptorem habere liceret.[r] Qui autem alienum ſciens vendidit, dolo, inquit, non caret: & ideò empti iudicio tenebitur. Sententiam Iuliani[ſ] veriſſimam eſſe arbitror in pignoribus quoque. Nam ſi iure creditoris vendiderit, deinde hęc fuerint euicta, non tenetur nec ad pretium reſtituendũ ex empto actione creditor.[t] hoc enim multis cõſtitutionibus effectum eſt. dolum planè venditor præſtabit. denique etiam repromittet de dolo. Sed & ſi non repromiſerit, ſciens tamen ſibi nõ obligatam, vel non eſſe eius qui ſibi obligauit, vendiderit, tenebitur ex empto: quia dolum eum[u] præſtare debere oſtendimus.[x]

Actio ex empto pro euictione committitur pro acceſſorio ſicut pro ſuo principali. ſecus in actione ex ſtipulatu.

Si quis rem vendiderit, & ei acceſſurum quid dixerit: omnia quidem quæ diximus in re diſtracta, in hoc quoque ſequenda ſunt:[y] vt tamen euictionis no-

a *Non præſtetur*. id eſt aliqua iſtarum cautionum. Accurſius.

b *Cum cætera*. id eſt cæterorum nomine promiſſio, ſed non datio. plus enim facit datio quàm promiſſio. Al. & Bul. [a] Sed alij dicunt hîc nullo deducto, id eſt de præſtandis cautionibus. Tertij dicunt, quòd præſtita per iudicẽ deducuntur, ſine iudice nõ, ſed emptori agenti ex tali condẽnatione, doli exceptio opponitur. Alij conſtruunt ſic: cætera facta ſunt, nullo deducto de cæteris, id eſt, nullo remanẽte quod non ſit factum, ſolius præſtandi condẽnatio fiat. prima verior eſt. Accurſius.

a] Idem Bar. & Albe.

† In vulg. eſt l. emptorẽ.

*Emptorem.*] CASVS. Vendidiſti mihi ſeruũ, & promiſiſti noxa ſolutum. poſtea apparuit eum feciſſe furtum Titio, qui Titius egit cõtra me, & ego ei ſatiſfeci, vel tradendo ſeruum, vel dando .x. quęritur, quid à venditore conſequar? Et reſpon. quod min⁹ eſt, ſcilicet vt quantũ fuit æſtimatio ſerui, vel æſtimatio dãni. & hoc ſi agam ex empto, ſiue ex promiſſione mihi facta noxa ſolutum. Poſtea dicit, ſiue defendi in cauſa noxali, ſiue non defendi, quia erat notorium delictũ ſerui: agã prædicto modo. [IDEM.] Vẽditor licèt dominium non teneatur trãsferre in emptorem, tamen poſſ. debet trãsferre. aliàs tenetur ex empto venditori. [CASSIVS.] Vendidiſti mihi Stichũ, & promiſiſti non eſſe fugitiuum, & noxa ſolutum, & de euict. ſub pœna dupli. poſtea euictus eſt, & egi ad duplam. quæritur an nihilo minus agam ex aliis ſtipulationibus, & ſit fugitiuus? Dicitur quòd nõ. [IVLIANVS.] Aliquando euenit quòd re euicta non poſſit agi ad duplam, ſed ex empto, vt in duobus exemplis. Primum, vendidiſti mihi ſeruum hoc pacto, vt vſque ad menſem cauerem de dupla, & vltra non tenerer ad aliquid. volo: ſi lapſus eſt menſis, & poſtea res euicta eſt, an agam de euictione. quæritur. Et reſpon. quòd ſic ex empto, ſi ſciens alienum vendidiſti. aliàs in nihilum. Secundum exemplum eſt in creditore qui vendit pignus. nam de euictione non tenetur ad duplã, vel ex empto ad pretium, niſi ſciens rem non ſibi obligatam vẽdidit. tũc enim ex empto tenetur. E [QVI AVTEM HABERE.] Vendidiſti mihi fundum, promiſiſti mihi habere licere. poſtea quidam alius mihi euincit. an tenearis? Et reſpon. aut promiſiſti habere licere per quoſcunque: & planum eſt quia teneris pro facto omnium, ſi res euincatur, licèt videatur talis promiſſio continere ſimplex abnutiuum: ſed non eſt verũ, quia ex natura venditionis competit hoc fieri. Si verò per te heredéſve tuos, tunc non teneris etiam ad pretium reddendum extraneo euincente ſecundum quoſdam: ſed verius eſt hoc caſu teneri ad pretium reddendum, ſicut in hoc alio caſu ſecundo, ſcilicet ſi fuit actum quòd de euictio. non tenearis. nam re euicta teneris ſaltẽ ad pretium. Tertiò, ſi expreſſè fuit actum, vt etiam de pretio nõ tenearis. Reſpon. valet pactum, & ſtultè emo quaſi ſpem: ſicut ſi emerim iactum retis, quo caſu ſi nihil cepit, nihil habeo, neque tamẽ repetitur pretium: imò ſi non eſt ſolutum, teneor ſoluere. ſed in ſuperioribus caſibus, ſcilicet quãdo per te & tuos promiſiſti ha-



A bere licere, & quando egiſti vt de euict. non tenearis, ſolùm ad pretium teneris extraneo euincente, & non in plus, niſi fueris ſciens: quia tunc etiam ad intereſſe. Viuianus.

c *Emptorem*. aliàs hic incipit lex, aliàs. §. idem ait emptorem &c.

d *Defungi potuit*. i. liberari ab eo qui contra eum agebat non aliter.. Vel dic econtra, quãti potuit ſuũ liberare vẽditorẽ. Accur.

e *Ex ſtipulatu aget*. ex illa ſtipulatione noxiis ſolutum. Sed videtur hîc non committi niſi cùm abſit: vt. s̃. eod. ſi ſeruum: quæ eſt cõtra. Solut. hîc certum erat emptori aliquid abfuturum: ibi nõ. Vel hîc noxali iudicio iã erat damnatus: ibi non. Vel hîc quia ſeruum non defendebat, iuſſu prætoris fuit ductus. Vel verius ibi fuit ſciẽs: vnde tenetur ex empto ad omne intereſſe, q̃d hîc non eſt: & ideò ibi nõ neceſſe eſt interim agi ex ſtipulatione. Ac.

f *Quia manifeſtum fuit*. id eſt notorium eſt ꝙ probatione non indiget: vt. s̃. qui ſatiſda. cog. l. ſi verò pro condemnato. §. qui euidẽtiſſimè. Accur.

g *Poſſe*. bonam enim fidẽ agnoſcere poteſt: vt. j̃. de admi. tut. quotiens. §. ſicut. Nõ eſt ergo neceſſe rẽ per ſentẽtiã euinci, vt de euictione agatur. & ſic eſt contra. s̃. de neg. geſt. at qui natura. §. cũ me. Solu. nec ibi defendit: ſed ſubiicit petitorem. aliàs enim non poteſt reſtituere: & ita confitẽdo in iure reſtituet. Vel ſolu. vt ibi. Vel etiã hîc non dicit eſſe ſententiam neceſſariam, ſed defenſionem. Item contra. s̃. de rei vind. l. itaque. &. j̃. de euict. ſi dictum. §. j. Sol. ibi neſciebat tempore cœpti iudicij rem eſſe petentis: hîc ſic: vnde confitens in iudicio rem eſſe petentis, & nõ defendens damnatur: vt. j̃. de confeſſ. l. Iulianus. debet tamen in principio denuntiari vẽditori: vt ſi velit, alleget vel appellet: vt C. de peri. & com. rei ven. l. j. &. j̃. de euic. l. ſi rem quam. §. fi. Acc.

h *De poſſeſſione*. id eſt interdicto vti poſſidetis.

i *Futurus non ſit*. hîc dic ſimilia & contraria, ſi vis, quæ diximus s̃. eo. l. ij. in fin. &. l. ratio. in prin.

k *Eum*. ſcilicet emptorem.

l *Conſecutus*. re tradita, & poſtea euicta.

m *Solet*. & cautum fuit, vel non fuit.

n *Agendum*. id eſt in caſibus ſequentibus. Accurſius.

o *Conditione*. id eſt pacto. Accurſius.

p *Præſtaretur*. ſcilicet nomine euictionis: ſi emptor intra hoc tẽpus non denuntiet venditori vt ſibi caueat.

q *Non teneri*. niſi ad pretium: vt. j̃. ea. l. §. qui autem.

r *Liceret*. & non tenetur ad plus.

ſ *Sententiam Iuliani*. dictam in ſuperiori. §. vt ratione doli teneatur: quia aliàs non teneretur. Accur.

t *Creditor*. vt &. j̃. de euic. l. cum ea conditione. &. j̃. de diſtr. pig. & ſi is. Item legibus nouis: vt ſubiicit, &. C. cre. eui. pi. impe. non poſ. l. j. &. ij.

u *Eum*. ſcilicet venditorem.

x *Oſtendimus*. ſupra proxi. §. Azo.

y *Sunt*. vt &. j̃, eod. Iulianus. §. in his. &. j̃. de ædil. edic. hi enim.

mine non in duplum teneatur: [a] ſed in hoc tantùm obligetur, vt emptori habere liceat: & non ſolùm per ſe, ſed per omnes.

Qui promiſit de euictione pro ſe & herede ſuo tãtùm, aliis euincentibus non tenetur niſi ad pretium: niſi de hoc etiam nominatim ſit cautum, ne ad pretium teneatur. h.d. vſque ad fi. Bart.

Qui autem [b] habere licere [†] vendidit, videamus quid debeat præſtare. Et multum intereſſe arbitror, vtrum hoc polliceatur, per ſe, venientéſque à ſe perſonas non fieri [c] quo minus habere liceat: an verò per omnes. [d] nam ſi per ſe: non videtur id præſtare [e] ne alius euincat. Proinde ſi euicta [f] res erit, ſiue ſtipulatio interpoſita eſt, ex ſtipulatu [g] non tenebitur: ſiue non eſt [h] interpoſita, ex empto non tenebitur. [i] Sed Iulianus libro quintodecimo Digeſtorum ſcribit, etiam ſi apertè venditor pronuntiet, per ſe heredémque ſuum non teneri quo minus habere liceat: poſſe defendi, ex empto eum in hoc quidem non teneri, quod emptoris intereſt: [k] verumtamen vt pretium reddat teneri. Ibidem ait, idem eſſe dicendum & ſi apertè in venditione comprehendatur, nihil euictionis nomine præſtatum iri: pretium quidem deberi re euicta, vtilitatem non deberi. Neque enim bonæ fidei contractus hac patitur conuentione, [l] * vt emptor rem amitteret, & pretium venditor retineret: [m] niſi fortè, inquit, ſi quis [n] omnes iſtas ſupraſcriptas conuentiones recipiet, quemadmodum recipitur vt venditor nũmos accipiat, quamuis merx [o] ad emptorem non pertineat: veluti cùm futurum iactum retis à piſcatore emimus, aut * indaginem plagis poſitis à venatore, vel pantheram [†] ab aucupe. nam etiam ſi nihil capit, nihilominus emptor pretium præſtare neceſſe habebit. Sed in ſupraſcriptis conuentionibus [p] contra erit dicendum: [q] niſi fortè ſciens alienum vendidit. tunc enim ſecundum ſuprà à nobis relatam Iuliani [r] ſententiam, dicendum eſt ex empto eum teneri, [s] quia dolo facit.

Aeſtimatur incertum antequã certificetur, poſtea æſtimatur ipſa res. h.d. Bart. & eſt ſingularis. l. ſecundum Lud. Ro. in. l. ſtipulationes. in. xxxij. col. de verb. obliga.

XII. CELSVS *libro vicenſimoſeptimo Digeſtorum.*

Si iactum retis emero, & iactare rete piſcator noluit: incertum eius rei æſtimãdum eſt. [t] ſi quod extraxit piſcium, reddere mihi noluerit: id æſtimari debet, quod extraxit.

Qui tradit rem vitioſam ſciẽter, tenetur ad intereſſe etiam extra rem. ſi ignoranter, tenetur quanto minoris. fallit in ſeruo fure. h.d. cũ §. ſequen. Bartolus.

XIII. VLPIANVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

Iulianus libro quintodecimo inter eum qui ſciens quid, aut ignorans vendidit, differentiam facit in condemnatione ex empto. Ait enim, qui pecus morboſum, aut tignum vitioſum vendidit, ſi quidem ignorans fecit, id tantùm ex empto actione præſtaturum, quanto minoris eſſem empturus [u] ſi id ita eſſe ſciſſem. Si verò ſciens reticuit, & emptorem decepit: om-

† Sic Flor. Ant. Aug. li. 2. cap. 2.

* Vulg. hanc patitur conuentionem.

b] Niſi pactũ apponatur in diuiſione ſecũdum P.

† Sũt qui putent legendum pãtheram. numero plurali à Pãtherõ, quod eſt genus retis, dictum quaſi πάνθηρον. i. omnes aues contineat. vide etiam Alciat. li. 1. parerg. ca. 42.

a] Approbatur per Albe. B.B. & P.

a *Teneatur.* niſi promiſit: quia non pars rei eſt: vt infra de euic. l. nauem.

b *Qui autem.* exponere vult hæc verba, habere licere, quę habuimus. s̃. eo. §. etiam. Accurſius.

c *Non fieri.* quod conſtat valere. Accurſius.

d *An verò per omnes.* idem dico & ſi ſimpliciter promittit habere licere: nam etiam tunc per omnes ſimiliter ꝓmittere videtur. vnde quod iuris eſt etiam quãdo per omnes, idẽ quando ſimpliciter: vt ȷ. de verb. oblig. ſtipulatio iſta. in prin.

e *Præſtare.* Innuit ergo hîc quòd ſi etiam per omnes promitteret, teneret promiſſio. Et ſic eſt contra. ȷ. de verbo. oblig. ſtipulatio iſta. §. quæſitum. & §. ſed & ſi quis promittat. vbi dicit quòd nõ valet. Sol. cùm quis mihi rem alienam vendit, poteſt promittere mihi habere licere contra omnes ex natura contractus venditionis præcedentis, ex quo de euictione tenetur cõtra quẽlibet euincẽtem: vt eſt hîc. & ita non eſt ſimplex abnutiuũ in obligatione: vt. ȷ. de verb. obl. inter ſtipulantem. §. & qui ſpondet. argu. pro hac ſol. ȷ. de vſu. ſi ſtipulatus ſis. & .s̃. prox. §. cùm verò ſine tali præcedente contractu mihi poſſidẽti promittis habere licere, vel de tua. vel de aliena re: ſi quidem contra omnes nulla eſt promiſſio: vt in. l. contraria. Nec ob. quod dicitur in ea. l. §. ſi quis fortè. vbi contractus vẽditionis præceſſit: & tamen non tenet quo ad omnes: vt ex præcedẽtibus & ſequentibus ibi apparet. nã intellige ibi diſtractum ab alio, nõ à me, vel ſi à me, ita fuit facta vt de euictione nõ tenear: vnde habetur pro non venditione. ſi verò per te & tuos habere licere promittas, ſi quidem res ad te non pertineat, id videtur promiſſum, ne me cõuenias: & ita eſt ſimplex abnutiuum in obligatione: alioquin ſi pertineat ad te, nulla eſt promiſſio: quia etſi velis conuenire me, nõ potes: & hoc in liberis. in ſeruis aliter exponitur verbum, habere licere: vt in prædi. l. ſtipulatio iſta. §. hi.

f *Si euicta.* ſcilicet ab extraneo: Accurſius.

g *Ex ſtipulatu.* ſcilicet ex iſta ſtipulatione, habere licere. Accur.

h *Non eſt.* id eſt non eſt hoc dictum vt per ſe & ſuos teneatur tantùm, vt ſtatim colligitur.

i *Ex empto non tenebitur.* etiam ad pretium: ſed hoc ſtatim corrigit: ſed Iulianus &c.

k *Intereſt.* re ab extraneo euicta.

l *Conuentione.* ſcilicet generali. Azo.

m *Retineret.* vt. C. de lati. li. tol. l. j. §. illud. & etiam. C. ad Velle. l. pen. & arg. ȷ. de euic. ſed & ſi ſtipulatio. in princ.

n *Si quis.* ſcilicet peritorum. & hoc in eo caſu cum dicit, nil euictionis nomine &c. vt. s̃. prox. motus tali argu. quemadmodum &c. Vel dicas [a] ſi quiş contrahentium &c. ita demum valeat, ſi pacifcatur vt neque ad intereſſe neque ad pretium teneatur, ſecundum Io. valet enim, vt hîc, & .s̃. de pact. l. in emptionibus. in fin. & .s̃. eo. l. ex empto. §. j.

o *Merx.* id eſt res. Accurſius.

p *Conuentionibus.* ſcilicet quando per ſe & ſuos tantùm promiſit habere licere: & quando dixit ne teneretur de euictione quibuſcunque caſibus, agitur ad pretium tantùm, [b] vt hîc dicit. contra erit dicendum, niſi &c. vt ſubiicit. tunc enim & in prædictis caſibus tenebitur ad intereſſe. & hoc ſiue exponatur litera, ſi quis contrahentium: ſiue exponatur, ſi quis peritorũ. Azo.

q *Dicendum.* ſcilicet vt teneatur ad pretium, non ad plus, niſi &c. Azo.

r *Iuliani.* quam habes ſupra ead. l. §. Iulianus. & §. ſententiam. & ad idem facit ſupra eod. l. tenetur. §. fina. Accur.

s *Eũ teneri.* ad intereſſe ſcilicet etiam ſi dixerit nil præſtari nomine euictionis.

*Si iactum.*] CASVS. Emi iactũ retis pro decem. venditor iactare non vult. agã ad intereſſe, & quantum eſt veriſimile quòd caperet: quod eſt ſecũdum quod çonſueuit ibi capi. ſed ſi iactum noluerit dare, agam ad æſtimationem eius quod extraxit. Viuianus.

t *Aeſtimandum eſt.* ſupra ad. l. Aquil. quẽadmodum. §. ſed vbi. contra. Solu. ibi in actione legis Aquil. non fit æſtimatio talis incerti: ſed in actione ex empto fic, vt hîc dicit. Vel æſtimatur quãtum eſt veriſimile quòd eſſet captum: quod inſpicitur ſecũdum quod cõſuetum eſt. Accur.

*Iulianus.*] CASVS. Iuriſcon. facit differentiam inter eum qui rem vitioſam vendit ſciens & eum qui ignorans vendit: quia qui ſciens vendit, tenetur ad intereſſe: qui verò ignorans, tenetur ad pretium reddendum. [SI VENDITOR.] Si per dolum res minoris aut pluris venditur: habet locum hæc actio ad purgandum dolum. [OFFERRI.] Emo aliquam rem à te: non offero pretium: an habeã act. vt tu mihi tradas rem illam? Et dicitur quòd non. Sed pone: emi rem pro. xx. dedi tibi. x. tu mihi rem tradidiſti: poſtea res à me euincitur: an repetam à te. x. tantùm quæ dedi: an. xx? Et reſpon. quòd. x. tantùm repetã, ne obſtet exceptio, dolo facit &c. [SI FRVCTIBVS.] Vendidiſti agrum in madido: fructus cedunt emptori. Vendidi domum. in feſto omnium ſanctorũ penſio dabitur emptori, niſi velit deiicere inquilinum de fundo. Vẽdidi domum, & antè traditionem datum eſt in ea damnũ. actiones pro damno cedam emptori, & econtra. Cætera plana ſunt vſque ad. §. ex vendito. [EX VENDITO.] Quæ poſſit venditor petere ab emptore, dicit per ordinem vſq; ad. §. ædibus. [ÆDIBVS.] Siue domum, ſiue fundum vendam, quæ veniant dicit vſque ad. l. veteres. Viuianus.

u *Eſſet empturus.* Not. dic differentiam inter actionem quanto

minoris

nit detrimenta quæ ex ea emptione corpore traxerit, præſtaturum ei. Siue igitur ædes vitio tigni corruerunt, [a] ædium æſtimationem: ſiue pecora contagione morboſi pecoris perierint, quod interfuit [b] idonee veniſſe, erit præſtandum. Item qui furem vendidit aut fugitiuum, ſi quidem ſciens, B præſtare debebit quanti emptoris interfuit non decipi. Si verò ignorans vendiderit: circa fugitiuum quidem tenetur quanti minoris [c] empturus eſſet ſi eum eſſe fugitiuum ſciſſet: circa furem non tenetur. [d] Differentię ratio [e] eſt, quòd fugitiuum quidem habere non licet: [f] & quaſi euictionis [g] nomine tenetur venditor: furem autem habere poſſumus.

Quod autem diximus, [h] *Quanti emptoris interfuit non decipi*, multa continet. C & ſi alios ſecum ſollicitauit, vt fugerent, vel res quaſdam abſtulit. [i] Quid tamen ſi ignorauit quidem furem eſſe, adſeuerauit autem bonæ frugi, & fidum, & carè vendidit? Videamus an ex empto teneatur. & putem teneri. Atqui ignorauit. ſed non debuit facilè quæ ignorabat adſeuerare. Inter hunc igitur, & qui ſcit, intereſt. qui ſcit, præmonere [k] debuit furem eſſe: hic non debuit facilis eſſe ad temerariam indicationem. [l]

Si per dolum res pluris minoríſve venditur, per hanc actionem purgatur. Bartolus.

Si venditor dolo fecerit vt rem pluris venderet, [m] puta de artificio mentitus eſt, aut de peculio: empti eum iudicio teneri, vt præſtaret emptori quanto pluris ſeruum emiſſet ſi ita peculiatus eſſet, vel eo artificio inſtructus. B Per contrarium quoque idem Iulianus ſcribit, cum Terentius victor deceſſiſſet relicto herede fratre ſuo, & res quaſdam ex hereditate, & inſtrumenta, & mancipia villicus quidam ſubſtraxiſſet: quibus ſubtractis, facilè quaſi minimo valeret hereditas, vt ſibi ea venderetur perſuaſit: [n] an venditi iudicio teneri poſsit. Et ait Iulianus competere actionem ex vendito in tantum, quãto pluris hereditas valeret ſi hæ res ſub- C tractæ non fuiſſent.

Pactum quod quis non teneatur, non prodeſt in caſibus in quibus venditor ſciebat & tacuit. Bartolus.

Idem Iulianus dolum ſolere à venditore præſtari etiam in huiuſmodi ſpecie oſtendit: ſi cum venditor ſciret fundum pluribus municipiis legata [†] debere, in tabula quidem conſcripſerit, vni municipio deberi: verum poſtea legem conſignauerit, ſi qua tribu- D torum aut vectigalis, indictioníſve quid nomine, aut ad viæ col-

minoris ciuilem, & prætoriam. nam in ciuili agitur quanto minoris eſſet empturus ſi ſciſſet: vt hîc. Sed in prætoria quanto minoris valuit tempore contractus propter vitium: vt. j. de ædil. edic. l. quod ſi nolit. §. ſi plures. Sed aliis, vt R. hæc differentia non placet: [a] vt arg. j. ea. l. §. per contrarium. in fi. vbi etiam ciuili agitur quanto minoris valet. Sed ibi non ea ex empto, ſiue quanto minoris, quæ propter vitium detur, agitur: ſed propter dolum emptoris. vbicumque tamen dicitur quanto minoris prætoria teneri: ibidem habet locum redhibitio, ſi non eſſet empturus ſi vitium ſciuiſſet: vt. j. de except. rei iudi. ſi is qui. §. j.

a] Et malè Bar. & P.

a *Tigni corruerunt*. quòd facilè euenit, cùm vnita eſt domus contignatione: vt. j. de dam. infec. l. ſi finita. §. ſi verò vnita. Accurſius.

b *Interfuit*. venit enim intereſſe in hac actione: vt. ſ. eo. l. ex empto. §. idẽ Neratius. ſed hîc venit etiam id quod eſt extra rem: vt hîc dicit. Et ſic eſt contra infra eo. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. Sol. [b] hîc tradidit, & malè tradidit. vnde interceſſit rei vitium & perſonæ. ibi non tradidit: & ſic perſonæ tantùm, vbi contumacia interuenit & probatur hæc diſtinctio ſcientiæ & ignorãtiæ hîc, & ſupra de contrahen. emp. & ven. Labeo ſcribit, ſi veſtimenta. & j. loca. ſed addes. §. j. in fi. & ſ. e. tenetur. in princ. & §. fi. & ſupra de pig. act. ſi ſeruus. & j. de fur. ſi ſeruus communis. §. is etiam. & §. quod ſi ſciens. Sed videtur quòd etiam quando non traditur, veniat quod eſt extra rẽ: vt. j. de verbo. obl. liber homo. §. fi. Sol. refert an alij dandum, vt ibi: an mihi ſit dandum ex contractu, vt hîc. & eſt ratio. quia ex eo ibi accipit robur obligatio, ſcilicet ex tali intereſſe. Item contra ſupra eo quod cer. loco. l. ij. §. fin. Sed ibi ſpeciale & de lucro quod venit, & de multis aliis.

b] Sequũtur Alb. Bar. & Bald.

c *Quanto minoris*. imo videtur ad intereſſe damnari: vt infra loca. ſed addes. §. j. & ſupra eo. tenetur. §. ſi vas. Sed aliud in venditione vel conductione vaſis, de qua ibi dicitur: Item not. quod hîc dicit de quanto minoris ciuili. alia eſt prætoria quanto minoris res eſt: vt ſupra proxi. dixi. Idem no. regulam ſecundum quoſdã [c] quòd ignorans rei vitium, non tenetur: vt hîc ſubiicit de fure, & j. eo. ſi ſterilis. §. j. & ſ. de contrahen. empt. l. cum venderes. quæ fallit in. v. caſibus. Primus in capitatione prædij: vt. ſ. eo. ſi minor. Secundus, in vaſe non integro vendito: vt. ſ. eo. tenetur. §. ſi vas. Tertius, in vaſe vitioſo locato: vt. j. tit. j. ſed addes. §. j. ſed in locato, quod eſt verius, ad omne intereſſe etiã ignorans tenetur: vt dicit. l. ſed addes. ſed in aliis predictis quãto minoris eſſet empturus. Item idẽ eſt in pecore morboſo. Item idem in tigno vitioſo: vt ſupra ea. l. in prin. Iſti autem quinque caſus ſunt ſpeciales, ſecundum quoſdam, vt ignorans teneatur: vt hîc, & infra eod. l. ſi quis fundum. Tu dic [d] econtra regulariter ignorantem teneri. & iſta regula fallit in duobus caſibus tantùm. Primus. in ſeruo fure. & eſt ratio ſpecialitatis: quia emptor ſcire debet quòd ſi ſeruus, ergo fur: maximè capifer. dominis enim ſuis, etiam ſi nihil aliud poſſunt cinerem tamen ſurripiunt. & fur eſt nõ ſolùm qui extraneo, ſed etiam qui domino ſuo furtum facit: vt. j. de ædil. edic. l. quod ſi nolit. §. j. vnde Virgilius: Quid domini faciẽt, audent cum talia fures? Secundus eſt in prædio tributario: vt. j. eo. ſi ſterilis. A §. j. & hoc ideò, quia & ibi ex quo prædium erat prouinciale, per conſequens emptor debuit ſcire prædium tributarium: vt. C. ſine cenſu vel reli. l. fi. Reliqui autem quinque caſus faciunt regulam. nam iura aptantur ad frequentiora: vt ſupra de legi. & ſenatuſcon. l. nam ad ea. & aliàs idem: vt ſupra e. ſi ſterilis. §. quamuis. Nec ob. C. eo. ſi minor. quia ibi aſſeuerauit ſine tributo: vnde etiam ignorans tenetur: vt. j. ſtatim, quid tamen &c. vel dic quòd in ſeruo fure & prædio tributario non tenetur, ſcilicet adeò vt ſciens. nam agitur quanto minoris eſſet emptur[9]. Nec ob. quod dicitur licere cõtrahẽtibus inter ſe &c. vt infra tit. j. l. item. §. quemadmodum. quia illud in prædiis, non in vitiis rerum obtinet: vt ſupra de mino. in cauſæ. ij. §. pen. Item quid differt quanto minoris ciuilis à prætoria? Reſpon. [e] hæc ciuilis, illa prætoria. Item hæc perpetua, illa annalis. Item hæc quanto minoris erat empturus. vnde etiam ſi nihil erat daturus, totum recuperat. Illa quanto minoris res fuit. vndè ſi nihil valet, redhibetur: vt infra de ædili. edic. l. bouem. §. aliquando. Item quod hîc dicit omne venire intereſſe: ergo etiam vltra duplum. & ſic contra. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. l. j. vbi non venit intereſſe vltra duplum. hîc venit vltra. Sol. ibi de eo ꝙ circa rem, vt equo, & libro: hîc extra rem. Vel verius, & hoc eſt commune, quod eſt totum præſtandum, etiam extra rem: ſed ibi de ſingulari. Accurſius.

c] Idem Alb. & Bar.

d] Iſta eſt vera ſecũdum Alb. B. B. P. & Sali.

verſus.

e] Approbatur per Bald.

† Sic Florẽ. nõ vt quidã emẽdare conatur, vectigalia. Cuius emendationis poſtea quoque illũ pœnituit. Cęterum huiuſmodi legata poſſe dici vectigalia vel tributa, vel indictiones, ex ſequẽtibus apparet.

d *Non tenetur*. ſcilicet nullo modo. Vel dic, adeo ſcilicet vt ſciens: vt modò no.

e *Ratio*. inter furem & fugitiuum.

f *Non licet*. de facto. idem & ſi non abeſt: vt no. C. de ædil. actioni. l. j. Azo.

g *Quaſi euictionis*. quaſi enim euinci videtur: vt infra de ædili. edict. l. quis ſit. §. idem Celſus. Accurſius.

h *Diximus*. in prin. huius. §. item qui furem. Accurſius.

i *Abſtulit*. & omnia ſimilia quæ interſunt emptoris etiam extra rem: vt ſupra ead. l. §. ſi verò ſciens. & ſupra de ſer. cor. l. in hoc iu- E dicium. Accurſius.

k *Præmonere*. aliàs ad omne intereſſe tenetur: vt ſupra proxi.

l *Indicationem*. & ideò agitur redhibitoria, vel quanto minoris res eſt: vt. j. de ædil. edic. ſi quid. vel quanto minoris empturus eſſet: [f] vt. C. eo. ſi minor. nõ autem ad omne intereſſe, ſcilicet extra rem. ſed certè imò videtur quod debeat ad omne intereſſe teneri: quia propter mẽdacium intereſſe eſt præſtandum: vt. ſ. de eo per quem fac. eſt. l. j. §. j. & l. fi. in prin. & ſ. de dolo. ſi quis affirmauerit. ſed ibi dolo affirmauit: hîc non. ADDITIO. Cæterum quid indicatio hoc loco ſignificet, quoniam Ac. non exprimit, vide Budæum in prioribus ann. ad Pandectas, hoc titu.

m *Venderet*. non autem induxit emptorem dolo ad contrahendum: quia tunc ipſo iure eſſet nullus contractus: [g] vt. ſ. de dolo. l. & eleganter in princ. Accurſius.

n *Perſuaſit*. dictus villicus non perſuaſit vt venderet, ſed vt minimò venderet: vt ſupra de dolo ſi quis affirmauerit. & ſic non eſt

f] Sequuntur Alb. Bart. & Pau.

g] Cum dol[9] daret cauſã cõtractui bonæ fidei gl. & ibi Ange. & Ia in § actionum inſti de act.

UNED

contra, C. de reſcin. ven. ſi dolo. vbi reſcinditur tota, quatenus de facto proceſſit: quia dolus dedit cauſam contractui.

a *Oportet*. q. d. nolo teneri. Accurſius.

b *Decepiſſet*. & ſic in ſolidum, etiam ſi extra rem ſit intereſſe: vt ſupra eo. §. ſi verò. Sed contra. C. e. l. ſi minor. vbi quanto minoris tenetur tãtum. Sol. ibi ſciuit tãtum: hîc ſciuit, & fraudem in obſcurè loquendo adhibuit. vel vt ibi.

c *Locupletior*. ex eo enim ſemper tenetur: vt hîc, & ſupra de dolo. l. ſi ex dolo. & dixi ſupra de trib: l. iij. §. Iulianus.

d *In reſiduum*. imò & ipſe pupillus, ſi tutor eſt ſoluẽdo: vt. j. de admini. tu. l. fi. & infra de euic. l. illud. §. j. & infra ne vis fiat ei. l. j. §. hoc edicto. quæ ſunt contra. Sol. dicunt quidam quòd in quãtum locupletior eſt, in tãtum tenetur ex ſua pſona: ſed ex perſona tutoris etiã vltra. Sed tu dic, [a] quod tenetur vltra: ſed liberatur cedẽdo actionẽ: vt ſupra de tribu. l. iij. §. quãuis maximè quia intereſt eius, litib[9] &c. vt ſupra de minor. l. minoribus. xxv. an. & facit. j. de reg. iur. l. neque ex interdicto.

a] Sequitur Bart.

e *Perpetuo*. id eſt etiam adminiſtratione depoſita. Ioan.

f *Dolo*. idem ſi culpa fortè: arg. C. vnde vi. l. meminerint. aliàs autẽ ſi nec dolo nec culpa bene transfertur: vt ſupra ſi quis cau. l. fi. &. C. de admi. tuto. l. cum quidam. quæ ſunt contra. Accurſius.

g *Offerri pretium*. & ſol ui. argu. j. eo. l. qui pendentem. ſecundum Pla. & apud alium deponitur, ſi fortè habeat eum ſuſpectum: [b] vt infra de ſolu. ſi ſoluturus.

b] Idẽ Pau.

h *Retinere poteſt*. No. ſuã rem ſibi obligari, & ſecundum M. falſum eſt: vt. ſ. de pig. act. l. ſi rem alienam. eſt ergo quaſi pignus, non vere pignus. & ſic intelligitur vt infra de ædil. edic. quod ſi nolit. §. idem Marcellus. & ſupra de here. ven. l. hereditatis venditę. & ſupra de cõtrahen. emp. fiſtulas. §. qui fundum. ſic ecõtra emptor tenet pretium donec venditor tradat: vt infra eo. qui pẽdentem. Accurſius.

Res ſua quã doque ſibi obligatur.

lationem præſtare oportet, [a] id emptorem dare, facere, præſtaréque oportere: ex empto eum teneri, quaſi decepiſſet [b] emptorem quæ ſententia vera eſt.

Ex dolo tutoris ipſe conuenitur, non pupillus, niſi in quantum factus eſt locupletior. h. d. Bartol.

Sed cum in facto proponeretur, tutores hoc idem feciſſe, qui rem pupillarem vendebant: quæſtionis eſſe ait, an tutorum dolum pupillus præſtare debeat. & ſi quidem ipſi tutores vendiderunt, ex empto eos teneri nequaquam dubium eſt. Sed ſi pupillus auctoribus eis vendidit, in tantum tenetur, in quantum locupletior [c] ex eo factus eſt: tutoribus in reſiduum [d] perpetuo [e] condemnandis: quia nec transfertur in pupillum poſt pubertatem hoc quod dolo [f] tutorum factum eſt.

B

Actio ex empto non competit cum effectu, niſi pretio integre ſoluto. h. d. vel aliter: Ex contractu vltro citroque obligatorio nõ poteſt effectualiter agi, niſi quis totum contractum ex parte ſua impleuerit. Bartolus.

C

Offerri pretium [g] venditori ab emptore debet, cum ex empto agitur. & ideò etſi pretij partem offerat. nondum eſt ex empto actio. Venditor enim quaſi pignus retinere [h] poteſt eam rem quam vendidit. Vnde quæritur, ſi pars ſit pretij ſoluta, & res tradita poſtea euicta ſit, vtrum eius rei cõſequetur pretiũ integrũ ex empto agẽs: an verò quod numerauit. Et puto magis id quod numerauit, propter doli exceptionem. [i]

D

Fructus extantes ſeu pendentes videntur venditi vendita re: penſiones & cætera quæ debentur occaſione rei, non ex re, debentur venditori, licèt cedere teneatur emptori. Bartolus.

Si fructibus iam maturis ager diſtractus [k] ſit: etiam fructus emptori cedere, niſi aliud conuenit, exploratum eſt. [l] Si in locatis ager fuit, penſiones vtique ei cedent [m] qui locauerat. Idem & in prædiis vrbanis, niſi ſi quid nominatim conueniſſe proponatur.

E

A

Sed & ſi quid præterea rei venditæ nocitum eſt, actio emptori præſtanda eſt, [n] damni fortè infecti, vel aquæ pluuiæ arcendæ, [o] vel Aquiliæ, vel interdicti quod vi aut clam. [p] Item ſi quid ex operis ſeruorum, vel vecturis iumentorum vel nauium quæſitum eſt, emptori præſtabitur, & ſi quid peculio eorum acceſſit: non tamen ſi quid ex re venditoris.

Alluuio ſuperueniens ante traditionem, prodeſt venditori ad menſuram ſi fuit ignorans: ſecus ſi ſciens. Bartolus.

Si Titius fundum in quo nonaginta iugera erant, vendiderit, & in lege emptionis dictum eſt in fundo centum eſſe iugera, & antequam modus manifeſtetur, decem iugera alluuione adcreuerint: placet mihi Neratij ſententia, exiſtimantis, vt ſi quidem ſciens [q] vendidit, ex empto actio competat aduerſus eum, quamuis decem iugera adcreuerint: quia dolo fecit, nec dolus purgatur. ſi verò ignorans vendidit: ex empto actionem non competere. [r]

Cauſa lucratiua cum non lucratiua concurrit. hoc dicit. Bart.

Si fundum mihi alienum vendideris, & hic ex cauſa lucratiua meus factus ſit: nihilominus ex empto [ſ] mihi aduerſus te actio competit.

In hac actione venit dolus & culpa circa ipſam rẽ, & circa acceſſoria. hoc dicit. Bartolus.

In his autem quæ cum re empta præſtari ſolent, nõ ſolum dolum, ſed & culpam [t] præſtandam arbitror. Nam & Celſus libro octauo digeſtorum ſcripſit, cum conuenit vt venditor præteritã mercedem exigat, & emptori præſtet: non ſolum dolum, ſed & culpam eum præſtare debere.

Qui emit partem rei quam vẽditor habebat communem cum alio, pro indiuiſo tenetur recipere illud quod ex diuiſione perueniet ad venditorem. h. d. Pau. de Caſt. Vel ſic, ſecundum Bar. Quando pars pro indiuiſo actione perſonali debetur: illud quod ex diuiſione

emptori dabit: ſcilicet quæ cucurrit poſt venditionem. & ſic bene aduerſatur: vt in fi. huius. §. & infra eo. §. in his. & ſupra de cõtrahen. emp. ſi cum fundo. & infra eo. l. item ſi quid. §. quod ex operis. Alij dicunt [c] quòd non ponitur aduerſatiuè, niſi ad factum. & dicunt cedere debere, ſcilicet venditorem emptori ius petendæ penſionis. poteſt tamen emptor ſi vult colonum deiicere: vt ſupra de vſufru. arbores. §. quidquid. & C. loca. l. emptorem. Accur.

c] Iſta eſt de mente Alberi. vtraque ta men placet Pau.

n *Præſtanda eſt*. hoc ſi res non interierit: alioquin emptori non eſt actio: quia interitu ſpeciei eſt liberatus venditor. Arg. poteſt pro hoc induci ſupra ad le. Aqui. l. huic ſcripturæ. in prin. & ſupra ſi quadru. Pau. fe. di. l. j. §. ſi poſt. & §. planè. Argu. contra infra ea. l. §. idẽ Celſus. Accurſius. Additio. Tu dic quòd ibi pretium ſuccedit lo co rei: hîc non, ſecundum Bart.

o *Arcendæ*. vt infra de aqua plu. arcen. l. poſt venditionem. Accurſius.

p *Aut clam*. vt infra quod vi aut clam. l. is qui. in prin. & §. ſi poſtea. in fi. §.

q *Si quidem ſciens*. hîc videtur ad menſuram facta vẽditio: quia tunc commodum & incommodũ omne ante menſuram ſpectaret ad vẽditorem: ſed vbi vendidit ſciens, eſt quod imputetur ei: vnde adimitur ei commodum Azo.

r *Non competere*. Sed nonne quod accreuit, lucro emptoris cedere debet: vt inſti. de contrahen. emp. §. ſed & ſi poſt emptionem? Reſpon. hîc ad menſurã [d] fuit facta venditio. Item iſte propter temerariam aſſertionem nõne tenebitur: vt ſupra ea. l. §. quid tamen ſi ignorauerit? Reſpõ. nõ. ibi enim affirmauit, cũ nihil emptori poterat imputari. latens enim erat vitium: at hîc imputatur emptori cur modum agri non menſurauit. Vel dicas [e] quòd non agitur ex empto. vt hîc dicitur, ad intereſſe ſubaudi, agitur tamen ad pretium proratã: vel agitur quãto minoris. vel hîc fuit actũ vt non agatur niſi ad pretium: vt ſupra eo. l. emptorem. §. qui autem. vel hîc ad menſuram. & facit infra eo. ſi in qualitate.

d] Sequũtur hanc gl. Albe. Bar. P. & Sali.

e] Imo dicas quod hic nõ nocet: quia accreuit: aliàs bene no ceret ſecundum Pau.

i *Exceptionem*. Arg. cõtra. j. de vulg. ſubſti. ex facto. §. Iulianus.

k *Diſtractus*. i. vẽditus eſt. idem eſt ſi quolibet alio modo fuerit alienatus: vt infra quæ in frau. cre. l. ſi fraudator. §. fructus.

l *Exploratum eſt*. hoc quando ipſemet venditor coluerat. ſi autẽ locauerat alij: ſubiicit. Accurſius.

m *Ei cedent*. id eſt, venditori ſoluet colonus: ſed venditor

ſ *Ex empto*. vt & infra de act. & obli. l. ex promiſſione. & infra de euic. l. ſi vendideris.

t *Culpam*. vt ſupra eo. emptorem. §. ſi quis. & de contrahen. emp. l. ſi cum fundum.

Totum.

a *Totum.* collige ex hoc. §. quòd inuitus quis cogitur emere & vendere. ſic & inſtit. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. §. fi. &. C. de contrahen. empt. l. inuitum. &. l. dudum. &. C. de commu. ſer. ma. l. j. & ſupra de reli. ſi quis ſepulchrum. & ſupra communi diui. l. communi diuidundo. §. fi. & in auth. de alie. & emphy. §. ſi verò. col. ix. ſecundum prædictum modum. & infra de iur. do. l. cum in fundo. §. ſi fundus. &. ỹ. de publi. l. cotem. §. fin. & infra de leg. j. l. & ſi æquo. & ſupra de pig. act. l. quamuis.

Vendere & emere quis cogitur.

b *Emptoris.* i. quantum pertinet ad vẽditorem & emptorem. nam vẽditor non tenetur tũc: nec ergo nunc: ſed ille à quo fuit adiudicata, bene tenetur: vt. C. fami. erciſ. ſi familiæ. & C. cõmunia vtriuſque iud. l. ſi fratres. & ſic alius tenetur quam qui dederit. & ſic in ſimplum pretij ſeu æſtimationis tenetur: vt infra de euic. ſi plˀ. §. ſi iuſſu.

c *Reſtitui debet.* ſcilicet emptori. Sed nonne à venditore ſerui donatum tanquam ex re vẽditoris profectum id apud eum reſidere debet: vt ſupra. e. l. §. item ſi quid. in fi? Reſpon. [a] aut donauit vt ſeruo proprio, vt ſcilicet haberet in peculio, & tũc ſibi habebit dominus idemque venditor: aut tanquam alieno, & tũc nihil: vt infra de acquiren. re. do. l. per ſeruum §. j. ſecundum. Azo.

a] Sequitur gloſ. Bal. & Pau.

d *Et legata omnia.* illius enim debet eſſe lucrum cuius eſt periculum, ſcilicet emptoris: vt hîc, & infra de here. inſti. l. qui filio. §. ij & l. ſequ. & ſupra commo. l. ſi is qui. §. ſi quem. &. ỹ. de ædil. edic. l. cum autem. §. fin.

Lucrum eiˀ eſſe debet, cuius eſt periculum.

e *Nec diſtinguendum.* Sed cur non diſtinguitur, cum ſi contemplatione venditoris inſtituatur ex re ſua, adeundo hereditatẽ ſibi quærere videtur: vt infra de acquiren. heredi. l. aditio. in fin. & infra de vulga. ſub. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ea verò quæ ex ſua re quęruntur, non reſtituit: vt ſupra. e. l. §. idem ſi quid? Reſpon. non [b] diſtinguitur an contemplatione emptoris vel ſerui relinquatur: ſed diſtinguendum eſt, an contemplatione venditoris tantum, vel ſerui, vel emptoris detur: ut & ſupra de vſufruct. l. ſed & ſi quid donetur. Accurſius.

b] Sequitur Al. & Bal.

debitori obueniet, ex vigore eiuſdem obligationis debetur. Bartolus.

Idem Celſus libro eodem ſcribit: Fundi quem cum Titio communem habebas, partem tuam vendidiſti: & antequam trederes, coactus es communi diuidundo iudicium accipere. ſi ſocio fundus ſit adiudicatus: quantum ob eam rem à Titio conſecutus es, id tantum emptori præſtabis. Quod ſi tibi fundus totus adiudicatus eſt, totum, [a] inquit, eum emptori trades: ſed ita, vt ille ſoluat quod ob eam rem Titio condemnatus es: ſed ob eam quidem partem quam vendidiſti, pro euictione cauere debes: ob alteram autem tantum de dolo malo promittere. Aequum eſt enim, eandem eſſe conditionem emptoris, [b] quæ futura eſſet ſi cum ipſo actum eſſet communi diuidundo. Sed ſi certis regionibus fundum inter te & Titium iudex diuiſit: ſine dubio partem quæ adiudicata eſt, emptori tradere debes.

Quicquid lucratur ſeruus venditoris, pertinet ad emptorem. h. d. Bartolus.

Si quid ſeruo diſtracto venditor donauit antè traditionẽ, hoc quoque reſtitui debet: [c] hereditates quoque per ſeruum adquiſitę, & legata omnia: [d] nec diſtinguẽdum, [e] cuius reſpectu iſta ſint relicta. Item quod ex operis ſeruus præſtitit venditori, emptori reſtituendum eſt: niſi ideò dies traditionis ex pacto prorogatus eſt, vt ad venditorẽ operæ pertinerent.

Actio ex vendito competit vẽditori ad pretium, & etiam ad vſuras pretij, à tempore traditionis rei etiam precario factæ competit etiam ad alia quæ equum eſt venire in hoc contractu, quę enumerantur vſque ad. §. ſi procurator. h. d. vſque ad illum. §. & huculque tractauit de actione ex empto, quæ cõpetit emptori. hic incipit tractare de actione ex vendito. hoc dicit.

Ex vendito actio venditori cõpetit ad ea conſequenda quæ ei ab emptore præſtari oportet. [f] Veniunt autem in hoc iudicio infra ſcripta: in primis pretium quãti res venit: item vſuræ pretij poſt diem [g] traditionis. nam cum re emptor fruatur, æquiſſimum eſt eum vſuras pretij pendere. Poſſeſſionem autem traditam accipere debemus: & ſi precaria ſit [h] poſſeſſio. Hoc enim ſolum ſpectare debemus, an habeat facultatẽ fructus percipiendi.

Sumptus facti in re vendita, per actionem ex vendito repetuntur. hoc dicit. iſte. §. ſecundum. Bartolum.

Præterea ex vendito agendo conſequetur etiam ſumptus qui facti ſunt in re diſtracta, vt puta ſi quid in ædificia diſtracta erogatum eſt. ſcribit enim Labeo & Trebatius, eſſe ex vendito hoc nomine actionem. Idem & ſi in ægri ſerui curationem impenſum eſt antè traditionem: aut ſi quid in diſciplinas quas veriſimile erat etiam emptorem velle impendi. Hoc amplius Labeo ait, & ſi quid in funus mortui ſerui impẽſum [i] ſit, ex vendito conſequi oportere: ſi modò ſine culpa venditoris mortem obierit. Item ſi cõuenerit cùm res veniret, vt locuples ab emptore reus [k] detur, ex vendito agi poſſe vt id fiat.

In actione ex empto venit illud quod deuenit in pacto incontinenti appoſito. hoc dicit. Bart.

Si inter emptorem prædiorum & venditorem conueniſſet, vt ſi ea prædia emptor heréſve eius pluris vendidiſſet, eius partem dimidiam venditori præſtaret, & hæres emptoris pluris ea prædia vendidiſſet: venditorem ex vendito agẽdo partem eius quo pluris vendidiſſet, conſecuturum. [l]

Ex venditione procuratoris dominus obligatur, & ſibi actio quæritur. hoc dicit. Bartolus.

Si procurator vendiderit, & cauerit emptori: quæritur, an domino, vel aduerſus dominum actio dari debeat. & Papinianus libro tertio reſponſorum putat, cum domino ex empto agi poſſe vtili [m] actione, ad exemplum inſtitoriæ actionis, ſi modo rem vendendam mandauit. ergo & per contrarium dicẽdum eſt, vti-

de vſur. l. ij. Sed cur dicit poſt traditionem? nonne fructus ſpectant ad emptorem venditione contracta: vt. C. e. l. curabit. &. l. fructus. ergo ab eo tempore debet præſtare vſuras. cum enim hoc ſolum debeat ſpectari, an habeat facultatem fructus percipiendi, vt ſequenti. §. dicitur: iſte verò poteſt facere vt poſſit: ergo iam intelligitur poſſe: vt infra de reg. iur. qui poteſt? Reſpon. quidam vt Ot. & alij quod intereſt an emptor percipiat fructus per ſe, vt tunc teneatur ad vſuras, etiam à tempore contractus: an per alium, vt tunc teneatur à tempore traditionis tãtum, arg. pro his ſupra de pig. act. l. ſi pignore. §. ſi prædo. in fi. Tu dic [c] melius, quòd eſt in arbitrio emptoris, accipiat fructus à tempore venditionis: vt tunc à tempore cõtractus præſtet vſuras: quia fructus cõſequendo à tempore contractus perinde habetur ac ſi tradita fuiſſet. an relinquat eos: & tunc præſtabit à tẽpore traditionis: nec poteſt vẽditor emptori obiicere culpam, quia fructus non percepit: cum ex ea culpa lucrum ſenſerit. Azo.

c] Approbatur. per B. B. Pau. & Sal & eſt mẽri tenenda ſecũdum Pau.

h *Precaria ſit.* Sed cum debeat emptorem venditor præſtare potiorem in lite poſſeſſionis: vt ſupra eo. l. emptorẽ. §. j. ad quid precaria poſſeſſio vendita, pro tradita habetur? Reſpon. quantum ad hoc vt poſtea teneatur ad vſuras, non autẽ vt vẽditor liberetur ab actione ex empto. [d] Item quomodo fructus precariæ poſſeſſionis facit ſuos, cũ precario traditus ſeruˀ non quęrat emptori ex operis: vt ſupra de pericu. & commo. rei vẽ. l. ſerui. & infra de acquiren. re. do. l. quæſitum? Azo. reſpon. vt dixi in. d. l. ſerui. ADDITIO. Dic quòd facit ſuos fructus naturales: & induſtriales: ſed non ciuiles, vt ibi, ſecũdum Pau.

d] Idem B. B. Albe. & Pau.

i *Impenſum.* ſic ſupra de pig. act. l. ſi ſeruos. hęc enim & ſimilia onera emptor agnoſcit ſicut fructuariˀ: vt. ſ. de vſufru. l. ſi pendentes. §. pen.

k *Reus.* id eſt expromiſſor.

l *Conſecuturũ.* valet ergo hoc pactum: vt infra de pact. do. l. ſi pater dotem. §. ſi fundo. & ſupra de contrahen. emp. l. hæc venditio. §. fi. Accurſius.

f *Oportet.* vt inſtitu. eo. §. pretium. Accurſius.

g *Poſt diem.* non antè: vt infra de vſur. l. liberalitatis. §. j. &. C.

m *Vtili.* hoc ſi erat inſtitor, ſecundum Ioan. vt ſupra de nego. geſt. liberto. & ſupra de inſtito. ſed & ſi quis. in princ. aliàs

lem ex empto [a] actionem domino competere.

Quando pœna conſiſtens in quantitate, ſolutioni quantitatis adiicitur, in fraudem vſurarum videtur adiecta. Bartolus.

Ibidem Papinianus reſpondiſſe ſe refert, ſi conuenerit vt ad diē pretio non ſoluto, venditori duplum præſtaretur: in fraudem conſtitutionum videri adiectum quod vſuram legitimam excedit: [b] diuerſámque cauſam commiſſoriæ eſſe ait: cum ea ſpecie. inquit, non fœnus illicitum contrahatur, ſed lex contractui [c] nō improbata dicatur. B

Ex contractu facto cum procuratore colludente, vel cum minore, poteſt agi vt voluntas domini diſcernatur. h.d. Bartolus.

Si † quis colludente procuratore meo, ab eo emerit, an poſſit agere ex empto? [d] Et puto hactenus, vt aut ſtetur emptioni, aut diſcedatur. Sed & ſi quis minorē vigintiquinque annis circumuenerit: [e] & huic hactenus dabimus actionem ex empto, vt diximus in ſuperiore caſu. C

Claudicat cōtractus, ſi fiat cum pupillo ſine tutoris auctoritate. Bartolus.

Si quis à pupillo ſine tutoris auctoritate emerit, ex vno latere* conſtat contractus. nam qui emit, obligatus eſt pupillo, pupillum ſibi non obligat. [f] D

Per hanc actionem cogitur quis facere quod deuenit in ipſo contractu incontinenti appoſito. Item qui habet actionem, ad commodum alienum agere cogitur. Bartolus.

Si venditor habitationem exceperit, vt inquilino liceat habitare, vel colono vt perfrui liceat ad certum tempus: magis eſſe Seruius putabat ex vendito [g] eſſe actionem. Denique Tubero ait, ſi iſte colonus damnū dederit emptorem ex empto agentem cogere poſſe venditorem vt ex locato cum colono experiatur: vt quidquid fuerit conſecutus, emptori reddat. E

Aedibus diſtractis veniunt omnia ipſis adfixa, & quæ ibi ſunt ad perpetuum vſum ædium. ſecus in his quæ ad tempus. Vendito fundo veniunt omnia quæ ſunt intra fundum ad perpetuam vtilitatem fundi. h.d. cum. l. ſequen. vſque ad l. veteres. Bartolus.

Aedibus [h] diſtractis vel legatis, ea eſſe ædium ſolemus dicere, quæ quaſi pars ædium, vel propter ædes habentur, vt puta puteal.

XIIII. POMPONIVS *libro trigenſimoprimo ad Q. Mucium.*

ID eſt [i] quo puteus * operitur.

XV. VLPIANVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

FVnes, [k] † & labra, [l] ſaliētes, [m] fiſtulæ quoque quæ ſalientibus [n] iunguntur, quamuis longè excurrāt extra ædificium. ædium ſunt. Item canales. Piſces autē qui ſunt in piſcina, non ſunt ædium, nec fundi:

XVI. POMPONIVS *libro trigenſimoprimo ad Q. Mucium.*

NOn magis, quàm pulli, aut cætera animalia quæ in fundo ſunt.

XVII. VLPIANVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

FVndi [o] nihil eſt, niſi quod terra * [p] ſe tenet. Aedium autem multa eſſe, quæ edibus adfixa non ſunt, ignorari non oportet: D vt puta ſeras, claues, clauſtra. [q] Multa etiam defoſſa, [r] eſſe, neque tamen fundi aut villæ haberi: vt puta vaſa vinaria, [ſ] torcularia: [t] quoniam hæc inſtrumenti magis ſunt, etiam ſi ædificio cohærent. [u] Sed & vinum & fructus perceptos villæ non eſſe conſtat. Fundo vendito vel legato, ſterquilinium † & ſtramēta emptoris & legatarij ſunt: ligna autem venditoris vel heredis: E quia non ſunt fundi, tametſi ad eam rem comparata ſunt. In ſterquilinio † autem diſtinctio Trebatii probanda eſt: vt ſi quidem ſtercorandi agri cauſa comparatum ſit, emptorem ſequatur. ſi vendendi, venditorem: niſi ſi aliud actum eſt. nec inter

non: [a] vt arg. ſupra de procur. l. procurator qui pro euictione. & l. quod procurator. & infra de reg. iur. l. quo tutela. §. fin. &. j̃. de acqui. poſſ. l. poſſeſſio quoque. §. ſed & ſi poſſeſſio. Sed arg. contra. j̃. de euic. ſi cum venditor. §. fi. ſed ſecundum hoc quare dicit ad exemplum inſtitoris, cùm vere ſit inſtitor? Reſpō. quia in vna re tantū vendenda fuit inſtitutus, vnde non [b] propriè inſtitor dicitur: vt ſupra de inſtito. l. in eum. in prin. Habet ergo locum quod hîc & ſequen. reſpon. dicit quòd domino detur actio ſi procurator eſt non ſoluendo: [c] vt. ſ̃. de inſti. l. j. in fi. & l. ij.

a *Exempto.* id eſt ex vēdit. Io. vt & infra. e. veteres. & ſic loquitur eodem caſu quo ſupra quando dominus mādauit vendi. Alij ponunt [d] nouum caſum: vt. ſ̃. dixi quando dominus mādauit vendi. hîc econtra quando aliquis mādauit emi: & ſic ex empto propriè ponitur. & ſecundum primam poſſeſſionē remanet quæſtio ſabbatina: ſi dominus mandauit emi, an actio domino detur? Videtur ꝙ ſic ſubuenitur domino ſicut cōtrahētibus cum inſtitore: vt. ſ̃. de inſti. l. j. Sed arg. contra ſupra de exerci. act. l. j. §. ſed econtrario. Primū tamen verius. in iudiciis verò indubitabile eſt actionem dari domino ex cōtractu procuratoris: vt. ſ̃. de procur. l. in cauſæ. in fine.

b *Excedit.* & ita in eo quod non excedit, valet, vt hîc innuit, &. C. de don. l. ſi quis argentum. §. ſed in his. in eo quod eſt vltra, non: ſicut in quolibet pecuniario debito pœna vltra legitimum modum vſurarum promiſſa nō valet: vt. C. de vſu. cum allegas. & infra de vſuris. l. pecuniæ. in prin. & l. pœnam. Sed contra. ſ̃. de peti. here. l. vtrum. in fi. Sol. [e] illa ſecundum iſtam: quia nō excedebat legitimā vſuram. Item contra infra eo. l. Lucius. &. C. de tranſac. l. promiſſis. & infra de euic. l. ſciendum. Solu. [f] ibi pœna apponebatur facto vel donationi ſpeciei: hîc autem quantitati. Item an hoc eſt verum ſemper quod hîc dicit? Reſpon. ſecundum Io. & Bul. non: ſed ſi erat ſolitus venditor fœnerare: arg. infra de vſu. qui ſemiſſes. §. fin. Sed ibi quando per negligentiam currebant: hîc autem ex promiſſione: vnde dic æquius ſecundum Azo. quòd ſemper præſumitur fraus [g] ex quantitate pecuniæ quæ excedit legitimum modum. Sed ſecundum nos qui dicimus vſuras non præſtari per auth. de eccl. tit. §. j. numquid condemnabimus emptorē hoc caſu in legitimis vſuris? Reſpon. ſic, ſi ille fructus percepit, vt ſic loco intereſſe ſuccedat: vt ſupra eo. l. ex vendito. & ſupra pro ſocio. l. ſocium. Sed quomodo habet locū quod eſt infra de except. do. l. apud Celſum. §. Labeo? Dic vt ibi, & infra eo. l. prædia. Accurſius. A

c *Lex contractui.* ſcilicet vt res inempta eſſet, & pretium apud me remaneret, & ſi quid erit ſolutum inde: vt. ſ̃. de lege cōmiſ. l. ſi fundus. Accurſius.

d *Ex empto.* contra me dominum vtili: vt ſupra. §. ſi procurator. itē contra procuratorem.

e *Circumuenerit.* re ipſa vnde reſtituitur minor: vt infra de mino. l. etiā §. j. aut ergo in totum remanet aut in totū deſtruitur: vt ſupra man. l. ſi procuratorem. §. j. & de mino. l. tutor. §. j. &. C. ſi aduer. tranſa. l. j. & ij.

f *obligat.* niſi ſit locupletior: vt. C. de vſucapione ꝓ empto. l. fi. & ſic not. hîc quòd claudicat cōtract⁹. ſic inſti. de aucto. tu. §. j. Sed argu. contra ſupra proxi. §. & ſupra de arbi. l. ſi cum dies. §. pe. in fi. & ſupra de reſcin. ven. l. j. & l. ſi id quod. §. fin.

g *Ex vendito.* Sed nunquid liberatur cedendo actionem colono? Reſpon. ſic: vt. ſ̃. de pec. l. quod debetur. Itē not. hîc ad factum agi ex vendito: vt. ſ̃. eo. l. tenetur. §. j. Accurſius.

h *Aedibus.* hucuſque dixit quid veniat in actione ex empto & vēdi. nunc incipit dicere domo vēdita quid veniat. & ſic de ſingulis rebus: vt in legib⁹ ſubſequentibus.

i *ID eſt.* puta: aliàs ſubaudi. Accurſius.

k *FVnes.* quibus aqua trahebatur.

l *Et labra.* i. imagines p quas diſtillat aqua.

m *Salientes.* id eſt aquę quæ de monte ſtillando ſaliunt: vt infra. l. proxi. §. item conſtat.

n *Salientibus.* ſ. aquis.

o *FVndi.* ſcilicet ruſtici, ſed infra ſtatim ponit pro vrbano: quia commune verbum eſt: vt infra de verbo. ſig. l. quæſtio. Azo.

p *Terra.* vt &. j̃. de adq. poſ. l. iij. §. item feras.

q *Clauſtra.* i. inſtrumēta quæ claudunt domū vel aliquam eius partem: vt oſtia & portæ quæ non adhæſerunt. ſed de nocte ponebantur tantum ad claudendum.

r *Defoſſa.* id eſt affixa.

ſ *Vinaria.* aliàs vinaria, & aliàs ſalinaria. Accurſius.

t *Torcularia.* vbi vinum premitur.

u *Cohærent.* imò videntur cedere domui: vt ſupra de contrahen. emp.

a] Diſplicet P. quia procurator adquirit domino actionē ſine ceſſione ex re domini, ſecūdum eūdem Pau.

b] Sequūtur Alb. Bal. & Pau.

c] Idē ſi ſoluendo, ſecūdum Pau.

d] Vtraque lectura placet Pau.

† Glo in. c. cū dilecti in fi. extra de empt. & vēdi. per iſtum § quòd quādoque non tenet cōtractus: & tamē ex eo agitur.

* Eodē ſenſu ſumitur hoc verbum l. 118. infra de verb. oblig. l. 49 §. vlt j̃. de fideiuſſ.

e] Sequitur Bar.

f] Sequitur gloſ Alb. B. B.P. & Sal.

g] Idē Bar. & Pau.

* τὸ φρέατος σκέπασμα. Harmen. li. 5 ti. 10.

† Sic Flor. ſed in manuſcr. eſt puteus.

* Sic Flor. & in anti manuſcr. vbi vetus glo. exponit lines. i. funes, rectè. Sic enim Græci totū hūc locum vertunt, Καὶ αἱ ἐζαμέναι, καὶ οἱ λουτῆρες, καὶ οἱ ἡνωμένοι τοῖς ἀναβρύτοις σωλῆνες, αἳ καὶ πόῤῥω τῆς οἰκίας ἐκτείνονται, καὶ οἱ κάναλοι, &c.

† ſterculinū Flo.

† ſterculino Flo.

UNED

empt. l. dolia. & infra loca. ſed addes. §. illud. quæ ſunt contra. Sol. [a] ſi ſunt immobilia, vel quaſi, cedunt: aliàs non: vt infra eodem. l. granaria. & infra de tri. vi. & ole. le. l. iij. §. j. & infra de acquir. re. do. l. Titius.

a] Imò dic quod tunc ſunt ædium quãdo ſunt poſita cauſa vſus perpetui: ſecus ſi ad tempus ſecundũ Albe. & eſt de mente B. B. & Pau.

† Varro de re ruſt. li. 3. cap. 5.

a *Pro tectorio.* i. ſub eodem tecto. & facit infra de verbo. ſigni. l. penult.

b *Reticuli.* id eſt inſtrumenta quibus ſolet ſuſpendi amphora: vt & ſupra de iis qui deiec. l. ſi vero. §. penul.

c *Plutei.* id eſt inſtrumẽta quibus ſcribitur: & vulgo dicuntur ſcanella: & ſolẽt poni iuxta parietem in ſuſtentaculo quodam. Azo.

d *Cilicia.* quæ cauſa arcendi ventos & [*]pluuiã ponuntur: vt infra de fun. inſtru. l. quæſitum. §. ſi domus. Azo.

* Vide Budeum hîc.

e *In ædificio.* i. apud vel infra, non in opere.

f *Aedium eſſe.* vt. j. eo. §. fi. Sed arg. contra. j. de auro & arg. leg. l. & ſi non ſunt. §. quid ergo. ADDITIO. Dic quòd ibi loquitur in vltima voluntate, hîc in venditione ſecundum. Albe.

g *In venditione.* ſcilicet fundi.

h *Contineri.* quia non cedunt niſi dicatur: vt hîc, &. s. de contrahen. empt. in vendendo. §. Quint[9]. & infra de verbo. ſig. l. in rutis.

i *Poteſt.* vt ſupra ad exhiben. Celſus. §. idẽ Iulianus. ex vendito quoque poteſt agi: vt. C. eodem. l. ij. in fine.

k *Non eſſe.* ſicut nec in generali fundi obligatione continetur: vt infra de pigno. l. debitor.

l *Caſtella.* loca vnde prouenit aqua: vt. j. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. pen. quæ loca cedunt domui: vt hîc, & ſupra de contrahen. emptio. fiſtulas. Accurſius.

† Sic Flor. recte vide Victorium ! in lib. 3. Catonis de re ruſtic. ſunt qui interpretentur vincula. ex l. 38 §. 2. j. eod. perperam.

m *Epitonia.* id eſt in ſuperiori parte poſita. ab epi, quod eſt ſupra. Azo. [b]

* forte, iconas: nam & Accur. inquit, id eſt paruas imagines.

b] Vide Budeum hîc in annota prior. ad Pãdectas. & Alcia lib. 7. parer. ca. 3. & lib. 1. ca. 20.

n *Perſonas.* id eſt imagines prauas.

o *Detracta.* facit infra de leg. iij. prædiis. §. pe. &. §. fin. Sed argu. contra. j. de verbo. ſignifi. l. vinaria. &. l. malum. §. fi. &. l. penult.

p *Exempti ſunt.* vt. infra l. proxi. §. fin.

q *Granaria. Supra terram.* id eſt domui non affixa. ſic & infra de acqui. re. do. l. Titius Sed contra. s. eo. l. fundi. in princ. Solu. vt ibi. Accurſius.

r *Accedunt.* vt ſupra. l. proxi. in fi.

eſt, in ſtabulo iaceat, an aceruus ſit. Quæ tabulæ pictæ † pro tectorio [a] includuntur, item quæ cruſtæ marmoreæ, ædium ſunt. reticuli [b] circa columnas, plutei [c] circa parietes, item cilicia [d] vela, ædium non ſunt. Item quod inſulæ cauſa paratum eſt, ſi nondum perfectum eſt, quanuis poſitum in ædificio [e] ſit, non tamen videtur ædium eſſe. [f] Si ruta & cæſa * excipiantur in venditione: [g] ea placuit eſſe ruta, quæ eruta ſunt: vt harena, creta, & ſimilia. cæſa ea eſſe, vt arbores cæſas, & carbones, & his ſimilia. Gallus autem Aquilius (cuius Mela refert opinionem) rectè ait fruſtra in lege venditionis de rutis & cæſis contineri: [h] quia ſi non ſpecialiter venierunt, ad exhibendum de his agi poteſt. [i] Neque enim magis de materia cæſa, aut de cæmentis aut de harena cauendum eſt venditori, quàm de cæteris quæ ſunt pretioſiora. Labeo generaliter ſcribit, ea quæ perpetui vſus cauſa in ædificiis ſunt, ædificij eſſe: quæ verò ad præſens, non eſſe [k] ædificii: vt puta fiſtulæ temporis quidem cauſa poſitæ non ſunt ædium: verumtamen ſi perpetuò fuerint poſitæ, ædium ſunt. Caſtella [l] plumbea, putea, opercula puteorum, epitonia [m] † fiſtulis adplumbata, aut quæ terra continentur, quamuis non ſint adfixa, ædium eſſe conſtat. Item conſtat ſigilla, columnas quoque, & perſonas, [n] * ex quorum roſtris aqua ſalire ſolet, villæ eſſe. Ea quæ ex ædificio detracta [o] ſunt vt reponantur, ædificii ſunt. At quæ parata ſunt vt imponantur, non ſunt ędificii. Pali qui vineæ cauſa parati ſunt: antequam collocentur, fundi non ſunt: ſed qui exempti ſunt [p] hac mente, vt collocentur, fundi ſunt.

XVIII. IAVOLENVS *libro ſeptimo ex Caßio.*

Granaria, quæ ex tabulis fieri ſolent, ita ædium ſunt. ſi ſtipites eorum in terram defoſſi ſunt, quòd ſi ſupra terram. [q] ſunt. rutis & cæſis cedunt. Tegulæ quæ nondum ædificiis impoſitæ ſunt, quamuis tegendi gratia allatæ ſunt. in rutis & cæſis habentur. Aliud iuris eſt in his quæ detractæ ſunt vt reponetur. ædibus enim accedunt. [r]

XIX. GAIVS *ad Edictum Prætoris titulo de Publicanis.*

Veteres in emptione venditionéque appellationibus † promiſcuè vtebantur. [f]

XX. IDEM *libro vicenſimoprimo ad Edictum Prouinciale.*

B Idem* eſt & in locatione & cõductione.

Qui vendit partum naſciturum, qui naſci non poterat: tenetur ad intereſſe, ſi ſciebat. Paulus de Caſtro.

XXI. PAVLVS *libro trigenſimotertio ad Edictum.*

Si ſterilis ancilla ſit, cuius partus venit, [t] vel maior annis quinquaginta, [u] cum id emptor ignorauerit: ex empto tenetur venditor. [x]

C Vendens prædium tributarium ſcienter, tenetur emptori ignorãti ad intereſſe. ſi autem ignoranter, non tenetur in aliquo. h. d. ſecundum intellectum glo. Pau.

Si prædij venditor non dicat de tributo ſciens, tenetur ex empto. quòd ſi ignorans non prædixerit, quòd fortè hereditarium prædium erat: non tenetur. [y]

Licet venditio non valeat: emptori tamen decepto datur actio ex illa ad intereſſe. hoc dicit. Pau.

D vel ſic ſecundum Barto. Licet emptor decipiatur in qualitate: actionem tamen ex empto habet cõtra venditorem. Bartolus.

Quamuis ſupra diximus, [z] cũ in corpore cõſentiamus, de qualitate autẽ diſſentiamus, emptionem † eſſe: tamen venditor teneri debet, quanti intereſt [emptoris,] non eſſe deceptum, etſi venditor [a] quoque neſciet: veluti ſi menſas quaſi citreas [b] emat, quæ non ſunt.

E Contra non agentem agitur ad intereſſe quod eſt circa rem, non ad id quod eſt extra rem: nec eius habetur ratio. hoc dicit. Vel ſic: Intereſſe petitur propter moram in non tradendo: & non habetur ratio intereſſe extrinſeci. Bartolus.

Cum per venditorẽ ſteterit quò minus rem tradat: omnis vtilitas emptoris in eſtimationem venit, quæ modo circa ipſam rem conſiſtit. Neque enim ſi potuit ex vino puta negotiari, & lucrum facere: id æſtimandum eſt [c] non

A f *Veteres. Vtebantur.* vt & infra pro empt. qui fundum. §. qui bona fide. &. C. ſi ſeruus extero. ſe emi. man. l. j. &. C. de pac. l ex conuentione. Accurſius.

*Si ſterilis.*] CASVS. Vendidiſti mihi partum Arethuſæ, cum eam ſcires nõ poſſe parere. ego credebam quòd ſic. teneberis ad intereſſe. cętera plana ſunt vſque ad. §. cũ per ven. [CVM PER VENDITOREM.] Vẽdidiſti mihi rem quandã, frumentum vel vinũ puta: & nõ tradidiſti, agam ad intereſſe. ſ. circa rem, ſcilicet quãtum plus valuit vinum non extra rem, ſcilicet quòd dicam quòd negotiat[9] eſſem de vino, vel frumẽto, vel quod familia necata ſit fame eo quòd retardata eſt traditio. Viuianus.

† Vide Alcia lib. 3. parerg. ca. 22. & lib. 5. ca. 15.

* Sic Flo. & manuſc. & Gręca metaphraſis quæ eſt in Græco indice regiæ bibliothec. itaque non admitto emendationẽ Cuiacij noſtri exiſtimãtis emendari debere ꝓ Idẽ eſt id eſt

t *Venit.* cũ ea. ſed hoc non valet: quia non emuntur vt pariant ancillæ: vt ſupra de peti. here. l. & ancillarũ. Dic ergo, [c] emit quis partũ futurum ancillæ.

c] Iſta eſt de mente Albe. &. P.

u *Quinquaginta.* quæ etiam à iure præſumitur quòd non poſſit parere & ſi contra fiat, eſt miraculum: vt hîc, &. C. de leg. her. ſi maior.

x *Venditor.* etiã ignorans: [d] quia aſſeuerauerat eam prægnãtem. & hæc vera, niſi ſpem tantum emiſſet: vt ſupra. eo. l. emptorem. §. fina.

d] Quo caſu tenetur ad reſtitutionẽ pretij, ſecundum P.

y *Non tenetur.* vt. C. de act. empt. l. ſi minor. contra. Sol. ibi aſſeuerauit: hîc non. Vel ibi ſcire potuit, hîc non: quia hereditarium fuit prædium: vt infra de regulis iur. l. qui in alterius. & de hoc dixi plenè ſupra eo. l. Iulianus. §. j.

z *Diximus.* vt ſupra de contrahen. empt. l. in venditionibus. §. inde quæritur.

a *Et ſi venditor.* Et ſic not. quòd dicitur contractus nullus in præiudicium vnius partis quandoque, non in alterius: vt diximus de illo qui dolo dat cauſam contractui: vt. s. de dolo. l. & eleganter. Acc.

† Sic Flo. & hanc lectionem veriorẽ putat Duarenus ad. l. 22. de ver. obl. ſed Baro noſter in manualibus hîc addendam putat negationem, quã & veteres interpretes in antiquis manuſcriptis addiderunt recte idem etiam ſentit Ant. Au. lib. 4. c. 17.

b *Citreas.* id eſt pretioſæ materiæ. Accurſius.

c *Aeſtimandum eſt.* Nota regulam: non attendi lucra, ſed damna: vt hîc, infra de dam. infec. l. Proculus. & infra de aqua plu. arcen. l. j. §. ſicut. & l. ſi in meo & infra de fur. l. ſi is cui commodata. & infra de iniur. l. iniuriarum. §. ſi quis de honoribus. & infra de dona. inter

UNED

vi.& vxo.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus heres.& ſupra de peri. & commo.rei vend.l.fin.&.C.de ſen.quæ pro.l.vna.§.pen.Sed ſpecialia ſunt multa contra dictam regulam:vt infra de euic.l.venditor &. ſ.ad legem Aquil.ſi ſeruum meum.&.l.inde Neratius.& inſt. ad leg.Aquil.§.illud.&.ſ.de eo quod cer.lo.l.ij.§.fin.&.j. tit. j. ſi in lege.§.colonus.&.j. rẽ ratam.ha. l. ſi commiſſa.&.j. ne quid in loco pu.l.ij.§. meritò. &. C. arbi.tu.l.quicquid.quę ſunt contra. argu. Sed omnia ſunt ſpecialia: ſed hodie ſecus: vt. C. de ſen.quæ pro eo.in fi. Acc. ADDITIO. Dic quòd imò in illa.l. quo ad intereſſe lucri ceſſan tis nihil eſt immutatũ, ſecundum Bar. Bal. & Sali.ibidem.

* hoc habe-ret emptor.

a *Non ſeruorum.* Sed cur non ſequitur pretium familiæ, ſicut & domus quæ corruit: vt. ſ. eod. Iulianus. §. j. quæ eſt contra? Sol. vt ibi: quia peius eſt [a] malè tradere, vt ibi: quàm nullo modo tradere, vt hîc dicitur. Accurſius.

a] Sequũtur hanc glo. Albe. B B.P. & Sali.

b *Fit obligatio.* ſ. ex cauſis prædictis.& dic obligatio.i.res in obligationem deducta.l.centum de eo quod cer. lo. l. j. de verb.obl.L.R.

c *Creſcat.* ex cauſa ſequenti..hodie ſic: vt. ſ. de arb.Celſus.§. fi. Sed argu.contra.j. de dam. infe.l. ſi finita. §. fin. & l.ſequenti.Acc. ADDITIO. Tu dic ꝙ non cõtrariatur ſubtiliter intuenti, ſecũdum Albe.

d *Ex vendito.* vt. ſ. de contrahen. emp. l. qui fundũ. &. C. de pactis inter empt. & vendi. l. ij.Accurſius.

e *Ea res.* id eſt conuentio.

f *Quà mihi.* An per hoc mihi vendere teneatur? Dixi. ſ. ſi quis cau. l. ſi eum.§.fi.Acc.

g *Præſtare.* ſ. maluit.

h *Voluntatis.* No. permitti inconſtantiam: vt j.de ver.ob.l. eum qui certarum. &. j. de bo. poſ.contra tabu.l.nonnũquam. &. j. de lega. j.l.huiuſmodi.§.Stichũ &.ſ.de vſu & ha.diuus.§.licet.&.j. de condit. & demon.l. pater Seuerinam.in fin.Sed contra ſupra de procur. l. in cauſæ in prin. & de hoc plenè ibi dixi. Accurſius. ADDITIO. Tu dic quòd ibi erat vna adminiſtratio: hîc verò erant duæ obligationes, ſecundum.Bartolum.

Incõſtantia quandoque permittitur.

magis quàm ſi triticum emerit, & ob eam rem quod non ſit traditum, familia eius fame laborauerit. Nam pretium tritici, non ſeruorum [a] fame necatorum cõſequitur. Nec maior fit obligatio, [b] quod tardius agitur: quamuis creſcat, [c] ſi vinum hodie pluris ſit. merito: quia ſiue datum eſſet, haberem * emptor: ſiue non: quoniam ſaltem hodie dandum eſt, quod iam olim dari oportuit,

Actio ex hoc contractu datur ad id quod deuenit in pacto incontinenti appoſito. Pau. de Caſt.

Si tibi fundum vendidero, vt eum conductum certa ſumma haberem, ex vendito [d] eo nomine mihi actio eſt, quaſi in partem pretij ea res [e] ſit. Sed & ſi ita fundum tibi vendidero, vt nulli alii eum quàm mihi [f] venderes actio eo nomine ex vendito eſt, ſi alii vendideris.

In obligationibus annuis alternatiuè conceptis, licitum eſt quolibet anno variare. Bartolus.

Qui domum vendebat, excepit ſibi habitationem donec viueret, aut in ſingulos annos decem. Emptor primo anno maluit decem præſtare, ſecundo anno habitationem præſtare. [g] Trebatius ait, mutandæ voluntatis [h] poteſtatem eum habere: ſinguliſque annis alterutrum præſtare poſſe & quàmdiu paratus ſit alterutrũ præſtare, [i] petitionem non eſſe. [k]

Deceptus in qualitate fundi, agit ad intereſſe, ſicut deceptus in menſura. Pau.

XXII. IVLIANVS *libro ſeptimo Digeſtorum.*

SI in qualitate fundi venditor mentitus ſit, non in modo eius tamen tenetur emptori. [l] Pone enim dixiſſe eum quinquaginta

i *Præſtare.* ſed vno & eodem anno non poteſt partem pecuniæ ſoluere, & in reliqua anni parte pati eum habitare. [b] vt argu. infra de leg.i.ſi ex toto.§.fin. & ſupra de condict. inde. ſi non ſortem.§.fin.

b] Glo.ſequũtur Bar.P. & eſt menti tenenda ſecũdum Bal.

k *Non eſſe.* ſcilicet alterius, vt infra de iur.do.l.plerumque. in fin. Accurſius.

l SI *in qualitate.Emptori.* vt infra eod.l. ſi duorum.&.l. ſi vendito fundo.

SI *quis ſeruum.* CASVS Si ſeruum vendidi tibi Stichum cum peculio, & poſtea eum manumiſi antequam traderem: teneor tibi ad intereſſe: quod inſpicitur circa perſonam ſerui: & circa

peculiũ quod tempore manumiſſionis habebat, & circa id quod poſtea adquiſiuit in præteritum antequam agatur. Secundò dicit quòd pro quærendis in futurũ cauebo tibi hoc modo: quicquid ad me peruenerit de bonis eius iure patronatus, tibi dabo. Tertio reſtrinxit ad ea quæſita in præteritũ & futurũ quæ ſeruus exiſtens adquiſiſſet, nõ ad ea quæ ſeruus lucrari non potuiſſet. Viuia.

m *Tenetur.* ſi in præteritum ſunt quæſita, antequam ſcilicet nunc agatur, ſed pro futuris cauetur.

n *Reſtitutum iri.* fit ergo hîc cautio de hereditate futura. & ſic eſt contra.C.de pac.l. fin. Sol. ideò pactum de futura ſucceſſione hîc accipe valere, quia non ſponte, ſed neceſſitate imponitur ꝓpter præcedentem contractum validum, ex quo mihi tenebaris ſeruum tradere. vnde quia fidem fregiſti, caues de eo qđ ex hereditate ſua perueniet reddi: argu. ſupra pro ſocio.l.iij.§. de illo. Vel aliter hîc conſentiente liberto vſque ad finem vitæ ſuæ. Vel dic illa determinat iſtam: quia hoc vetus illud nouum. Vel melius dic, vbi emptor ſuccedit, non agitur inter eos. hoc enim non valet: ſed agitur vt teneatur ei reſtituere quod ad eum perueniat. Prima ſol. potior omnib[9] eſt, ſecundum Azo.

Pactũ de futura ſucceſſione, an valeat.

o *Notat.* non reprehẽdendo, ſed addendo.

p *Non eſſet.* puta lucratus eſt ex dignitate quã ſeruus habere non poteſt. & ſic nimis largè locutus eſt Iulia. ſecundum Ioan. & facit. ſ. de mino.l.verum. in prin. &. ſ. de pecu. l. ſi poſteaquam.&.j.ſolu. matri.l.ſi verò. §. itẽ quicquid.Accurſius.

SI *ſeruus.* CASVS. Habebam vſumfru. in Sticho ſeruo. iſte Stichus emit fundum quẽdam: & antequam pretiũ ſolueretur, ego ſum capite minutus: & ſic

iugera eſſe vineæ, & quinquaginta prati: & in prato plus inueniri: eſſe tamen omnia centum iugera.

Qui manumittit ſeruum venditum, tenetur emptori ad intereſſe in quo venit quicquid haberet ſi manumiſſus non eſſet. h. d. Vel aliter: Propter neceſſitatem precedentis contractus, valet pactũ de futura ſucceſſione. Bartolus.

XXIII. IDEM *libro tertiodecimo Digeſtorum.*

SI quis ſeruum quem cum peculio vendiderat, manumiſerit: non ſolum peculii nomine quod ſeruus habuit tempore quo manumittebatur, ſed & eorum quę poſtea adquirit, tenetur. [m] Et pręterea cauere debet, quicquid ex hereditate liberti ad eum peruenerit, reſtitutũ iri. [n] Marcellus notat: [o] Illa preſtare venditor ex empto debet, quæ haberet emptor ſi homo manumiſſus non eſſet. Non continebũtur igitur, quæ ſi manumiſſus nõ fuerit, adquiſiturus non eſſet. [p]

Res empta per ſeruum fructuarium, adquiritur ei ex cuius peculio ſoluitur pretium, ſi ſoluatur vſufructu durante: aliâs indiſtinctè queritur domino. Bartolus.

XXIIII. IVLIANVS *libro quintodecimo Digeſtorum.*

SI ſeruus in quo vſufructus tuus erat, fundum emerit, & antequam pecunia numeraretur, capite minutus [q] fueris: quamuis pretium ſolueris, [r] actionem ex empto non habebis, [f] propter talem capitis deminutionem: ſed indebiti actionem aduerſus venditorem habebis. Antè capitis autem deminutionem nihil intereſt, tu ſoluas, an ſeruus ex eo peculio quod ad te pertinet. Nam vtroque caſu actionem ex empto habebis.

vſumfruct.perdidi.an potero habere act.ex empto? Dicitur quòd non propter capitis demi.non autem refert ante ca. de. ſiue ego ſoluam, ſiue ſeruus meus: quia vtroque caſu habeo act. ex empto [SERVO.] Seruus Titij vendidit mihi hominem vel fundum, & fideiuſſ.dedit.quæritur, ad quid tenetur iſte fideiuſſor? Reſpon. quòd ad id tenetur, ad quod teneretur ſi pro libero fideiuſſiſſet & arguit à ſimili, vt in textu. Viuianus.

q *Minutus.* maxima vel media, per quas duas finitur vſusfructus: vt inſti.de vſufruct.§.finitur.

r *Solueris.* ſcilicet poſt capitis deminutionem

f *Non habebis.* vt arg. infra de adquir.re.do.l. ſi ſeruus. imò videtur quod ſic: vt ſupra de vſufruct. ſed & ſi quis. §. interdum. quæ eſt contra, ibi: quid ergo ſi amiſſo &c. Sol. hîc amiſit capitis deminutione vſumfructum, & propter ſuum delictũ. indignus eſt ergo amodò quid ex vſufructu conſequi: ſed ibi alio modo vel non vtendo vel rei interitu: argu. infra de an.leg. Mæuia.j. reſpon

*Abeſſet.*

a *Abeſſet*.vt ſi ſoluiſſem pretium,ſecundum quoſdam : ſed hoc non poteſt referri ad ſuperiorem poſitionem caſus : quia ſupra poſuit de peculio proprietarij ſolutum. Dic ergo ſeruum emptum de meo paſtum,ſecundum Azo.& dixi plenè circa hoc ſupra ſi cer.pe.l.cum fundum.§.ſeruum.

Ab eo qui ex re mea factus eſt locupletior,poſſũ cõdicere:& ipſe à me quod expẽdit repetit. Bar.

Seruũ tuũ imprudẽs[*] à fure bona fide emi:is ex peculio quod ad te pertinebat , hominem parauit qui mihi traditus eſt. Poſſe te eũ hominem mihi cõdicere Sabinus dixit:ſed ſi quid mihi abeſſet[a] ex negotio ꝙ is geſſiſſet , inuicẽ me tecum acturũ de peculio. Caſſius veram opinionem Sabini retulit: in qua ego quoque ſum.

Qui fideiubet pro ſeruo vendente, tenetur ſicut ſi fideiuberet pro libero homine. Bartolus.

Seruo vendente hominem, fideiuſſor venditionis omnia præſtare debet, in quæ obligaretur ſi pro libero fideiuſſiſſet.[b] Nã & in dominũ actio ſic datur,vt emptor eadẽ conſequatur quæ libero vẽdente conſequi debuiſſet: ſed vltra peculij taxationem dominus non condemnatur.[c]

Si venditor re nõ tradita agit ad pretiũ, exceptione repellitur poſt rem traditam.ſi emptorem impedit, aliis actionibus competentibus conuenitur. Bartolus.

XXV. IDEM *libro quinquageſimo quarto Digeſtorum.*

QVi pẽdẽtẽ[d] vindemiã emit: ſi vuã legere[e] prohibeatur[f] à vẽditore, aduerſus eũ petentẽ[g] pretium exceptione vti poterit,[h] *Si ea pecunia*[i] *qua de agitur , non pro ea re petitur quæ venit , neque tradita*[k] *eſt*.Cæterum[l] poſt traditionẽ ſiue lectã vuã calcare , ſiue muſtũ euehere prohibeatur : ad exhibẽdum,[m] vel iniuriarum[n] agere poterit , quemadmodum ſi aliam quãlibet rem[o] ſuam tollere prohibeatur.

XXVI. ALFENVS VARVS *libro ſecundo Digeſtorum.*

b *Fideiuſſiſſet*.vt inſt.de fideiuſſ.§.j.

c *Non condemnatur*. nec vltra tenetur : vt. j. de lib.cau.videamus.

[*] Huc acceſſe.l. cũ fundus.§. ſeruũ tuum. j. ſ. ſi cert.pet.

d QVi pendentem. id eſt vuas pendentes pro vindemia.

e *Legere*. id eſt colligere.vnde verſus:Fur aurum,virgo flores,mare natura , libellos Clericus , æquiuocè ſingula quiſque legit.ſecũdum Hug.in lego.

f *Prohibeatur* . ſcilicet emptor.Accurſius.

g *Petentem*. ſcilicet vẽditorem.Accurſius.

h *Poterit*.ſ.emptor.

i *Si ea pecunia*.hæc erãt verba exceptionis. bene ageres ſi non ea &c. ſic ecõtra excipit venditor:vt.ſ.eo.l. Iulianus §.offerri. &. j. de ædil. edic. l. ædiles etiam. §. fi.&.l.illud.j.reſpõ poteſt etiam hîc emptor ex empto agere:vt.j. e. l.Quintus.&. ſ. de rei vin.l.ſi ager.

k *Tradita*.ſed quia petitur pro ea re quæ tradita non eſt , non poteſt agi.

l *Cæterum*. poſſet hîc quæri, an hoc ſecundo caſu fuit ſolutum pretium? Dic quòd ſic. aliàs poſſet venditor retinere rem loco pignoris: vt ſupra eo.l. Iulianus.§.offerri.

m *Ad exhibẽdum*.quia poteſtatem habet exhibendi:vt.ſ.ad exhiben. l.Celſus in prin.

n *Iniuriarum*. vt &. j. de iniur. l. iniuriarũ. §. ſi quis me.&.ſ. depoſi. l.j.§.ſi quis ita.

o *Rem*. in qua non dicat ſe habere aliquod ius,nec habet etiã poſſeſſionem . aliàs habet rei vindicationem.

SI quis.] CASVS. Vendidi tibi fundum,& dixi:dimitto tibi dolia.c.quæ ſunt in eodem fundo,& tamen nulla dolia ibi ſunt. quæritur,an debeam tibi.c.dolia?Dicitur quòd ſic.Viuianus.

p *Debebit*.imò videtur quod ſola quæ ſunt ibi, vel ſi nullum eſt, nullũ debeatur:vt.j.de leg.j.ſi ſeruus legatũ.§.qui quinque. Sol. hîc affirmauit eſſe in fundo:ibi verò ſolum dixit , lego. x. quæ in arca habeo,cũ ſola.v. eſſent.vnde tenetur hîc propter temerariã aſſeuerationem:vt.ſ.eo.l.Iulianus. §. item qui furem. Accurſius.

q QVicquid.Debet.etiam ſi nihil ſit dictum:vt. ſ.eo. l. tenetur. §.ſi vas.&. j.de ædil.edi.l.proinde Pompo. ſed contra. j. eo.l.pe.in fi.Sol.vt ibi & hîc nulla erant:vt.ſ.l.proxi.

PRædia.] CASVS. Titius vendidit mihi prædium : & appoſitum èſt ei pactum vt relocarem ei.ſi non repromiſi. x.nomine pœnæ,facta traditione non reloco.quæritur qualiter me conueniet.Reſpon.poteſt agere ex empto. Secundo pacto ex vendito actione informata vt relocẽ,vel ad intereſſe, per quam viam tollitur petitio pœnæ ex ſecunda ſtipulatione per exceptionem: ſi tantum eſt intereſſe quod non conſequitur, quantum eſt pœna in ſecũda ſtipulatione & edicto.ſi primò agit ad pœnã , quod

A poteſt,tollitur ex vendito.ad intereſſe iure ipſo,cum iam non interſit:niſi intereſſe excederet pœnam. Nam tunc agitur ex vendito ad id quod plus eſt in intereſſe. Viuianus.

SI quis cum fundum vẽderet, dolia centũ quæ in fundo eſſe adfirmabat,acceſſura dixiſſet:quãuis ibi nullum dolium fuiſſet , tamen dolia emptori debebit.[p]

XXVII. PAVLVS *lib.3.Epitomarũ Alfeni.*

QVidquid venditor acceſſurũ dixerit,id integrũ ac ſanum tradi oportet : veluti ſi fundo dolia acceſſura dixiſſet:nõ caſſa, ſed integra dare debet.[q]

Lex iſta multũ famoſa & clara eſſet de ſe niſi glo.infuſcarẽt eam, quæ recitant lec.antiquorũ,& eorum dicta & opiniones quæ ſunt phãtaſiæ. licèt etiã tãgãt verã lec. in fi. glo. quæ incipit,tria fuerunt hîc pacta:tamẽ illa non proſequitur:licèt incidenter de ipſa faciat mẽtionẽ in gl. magna & etiam in glo.parua ſuper verbo, conuenit, cætera quæ dicũt,cõcernũt primã lec.antiquorũ,quæ non poteſt ſuſtineri.ſecũdũ ergo verã lect. hoc intendit:Licèt ſtipulatio pœnalis ſit cõmiſſa: præcedẽs tamẽ obligatio & actio iure nouationis nõ eſt ſublata,ſed ex ea agi poteſt:& ſi actor fuit cõſecutus nomine intereſſe tãtũ quãtũ erat in pœna,tollitur ſtipulatio pœnalis ope exceptionis.Si vero actũ fuerit ad pœnã,ex actione ſecuta tollitur obligatio,& actio prima competẽs ad intereſſe ipſo iure vſque in cõcurrẽtẽ quãtitatem. ſed ſi intereſſe ſit maius,nec ipſo iure, nec ope exceptionis : ſed poteſt illud tolli cum pœna.h.d.iſta lex magiſtralis,quæ ſemper allegatur.Pau.de Caſt.

XXVIII. IVLIANVS *libro tertio ad Vrſeium Ferocem.*

PRædia[r] mihi vendidiſti : & cõuenit,[ſ] vt aliquid facerem quòd ſi non feciſſem , pœnam[t] promiſi.[u] Reſpondit.[x] Venditor, antequam pœnam ex ſtipulatu[y]

r *Prædia*.[a] Sex caſus not.ſuper tribus actionibus ex vendito informatis: & ex ſtipulatu ad idẽ:& ex ſtipulatione ad pœnam . Dic ergo : ex ſtipulatu prima tollitur per exceptionem pacti ex vendito.[b] ſed econtra ipſo iure. primus in tex. ſecũdus in glo. Itẽ ex ſtipulatu pœnalis actione ex vendito tollitur per exceptionem. Sed ecõtra quarto, ipſo iure. primus in glo.[c] ſecũdus in tex. Item prima ex ſtipulatione per ſecundam , & ſecunda per primam per exceptionem , quando non ſit nouatio : q̃a hoc eſt actum : vt infra de except.do. l. apud. §. Labeo. & iſti duo nec in tex. nec in glo.[d] de actione autẽ ex empto & vendito, quæ ex primo pacto oritur , nihil hîc dicitur.

a] Hæc eſt noua additio, ſecund. Albe.B.&B.

b] Imò ipſo iure ſecundum B. & Bald.

c] Et in tex. ſecundũ diuerſas lecturas.

d] Imò & in textu & in glo ſecundũ diuerſas lecturas B. & Bal.

r *Prædia*. tria fuerunt hic pacta veſtita. Iſtud primũ fuit veſtitũ conſenſu quo mihi vendidiſti prædium . Secundum, quo conueni per ſtipulationem vt relocarem tibi. Tertiũ pœnale,ſi non fieret quod in ſecundo cõuenerat. Ex primò agitur vno modo ex empto & ex vendito . Ex ſecundo, duobus modis:actione ex ſtipulatu itẽ actione ex vendito informata à primo pacto. Ex tertio agitur tantum ad pœnam , & vno modo. In hac ergo lege fuit actum vt impleretur q̃d in ſecundo pacto cõuenerat,actione ex vendito informata:& quæritur,an tollat̃ ex ſtipulatu quæ competit ad idem? Et dicit quòd ſi eſt cõſecutus actor tantum quãtum eſt in tertio pacto ſcilicet pœnali,per exceptionem actor repellitur. Sed cõtra ſi primo ex ſtipulatu eſt actum ex ſtipulatione ſecũda quæ

E eſt tertium pactum:tollitur ipſo iure ex vendito , niſi in id quod excedit.Dic ergo,prædia &c. Vel melius pone caſum , quòd hîc quæritur,an tollatur ſtipulatio pœnalis : quod planius eſt. & nõ oportet dici,ſecundum pactum ſtipulatione veſtiri.& ſecundum iſtam poſitionem ſupple omnes inferiores gloſſas.Accurſius.

ſ *Conuenit*.per ſtipulationem incontinenti ſubiectam. vnde vetus actio ex vendito fuit informata: vel melius , nudo pacto incontinenti appoſito.

t *Pœnam*.ex ſtipulatu,ſcilicet ex ſtipulatione ſecunda, ſecũdum primum.

u *Promiſi*.per ſtipulationem ſecundam,quod eſt tertium pactũ: ſecundum alium,per ſtipulationem pœnalem.Accurſius.

x *Reſpondit*.ſcilicet auctor huius legis.Accurſius.

y *Ex ſtipulatu*. ſ. actione , vt fiat quod conuenit.Sed ad quid habetur reſpectus ad ſtipulationẽ pœnalẽ?Reſpon.quia illa pœnalis actio loco actionis ex vẽdito ſuccedit: & per hanc ex vandito

tollitur illa per exceptionem : vt infra de do.excep.l.apud.§. Labeo.& illa tollit primã ex ſtipula. per exceptionem per eandem legem.ergo & hîc per obliquum,quod directò non poſſet cum ex ſtipulatu informata non ſit loco actionis ex vendito : ſed ſunt pares.& ad hoc inſtitu.quib.mo.tol.ob.§.ij. Sed ſi ageretur ex ſtipulatu ad pœnam: an ipſo iure ſit ſublata per actionem ex vendito? Reſpon.hîc caſus nõ eſt in hac.l.ſed dicam per excep.tolli: vt arg. infra de do. excep. l. apud.§. Labeo. Vel fortè hîc eſt caſus noſtræ legis, & ille caſus quem diximus deſiit in hac lege:& ſoluatur (vt dixi) non per hanc legem, ſed per alias allegatas: licèt ſec° ſit ecõtra,ſi primò ad pœnam agatur: quia ipſo iure tollitur ex vendito, vt hîc ſubiicit, ſi ex ſtipulatu &c. & eſt ratio qa in pœnali ſtipulatione non inſpicitur quid intereſſit: ſed in actione ex vendito ſic. vnde cùm deſierit intereſſe,per actionẽ ex ſtipulatu intentatam ipſo iure tollitur: vt arg. inſtitu. de inuti. ſtipula. §. alteri Vel dic ſecundum M. quia ex ſtipulatu actio. continet certum:ex vẽdito incertum. Vel ſecundũ R. quia ex vendito bo.fi.eſt. & quanto facilius hæc habetur ratio,tanto facilius ſoluitur ex ſtipulatu ſtricti iuris.Item ſi primò egit actione ex ſtipulatu vt fiat quod cõuenit,& fuerit cõſecutus:an ex vendito tollitur ipſo iure, quæ ad idem competit? Reſpon.& hîc caſus nõ eſt in hac lege: ſed dicam quod ipſo iure, niſi in id quod excedit, propter rationem quam dixi,quia deſiit intereſſe.Itẽ ad id quod dicitur ex ſtipulatu tolli per exceptionem,non ipſo iure per actionem ex vendito informatam, videtur quòd ipſo iure ſit ſublata actio ex prima ſtipulatione per ſecundam,ſicut & ſtatim dicit de actione ex vendito,cũ videatur eſſe facta tacitè nouatio ſtipulationis prioris per ſecũdam:vt.j.de act.& obliga.l.obligationum ferè.§.ſi.&.ſ. pro ſocio.l.ſi quis.&.l.quod ſi.quæ ſunt cõtra.aut ſi contrariũ fuiſſet inter eos actũ,nec tolleretur,nec obſtaret exceptio:vt.j.de verb. obli.ita ſtipulatus.§.quod ſine dubio.Reſpon.[a] prædicta eſſe vera confiteor:quia nomen exceptionis,non actionis, hîc ponitur: quia nulla eſt ex prima ſtipulatione:ſed intentionis [b] eſt excluſiuum,ſi inſtanter quæras.Quid ergo differt actio ex vẽdito in his ab actione ex ſtipulatu:nam & hîc videtur voluiſſe notare differentiam? Reſpon.vtraque tollitur ipſo iure,licèt vna detur ad factum, [c] altera ad intereſſe,vel ad factum:vt ſupra eo.l. tenetur. § j.&.l.j.& hoc ſecundum eos qui dicunt intereſſe eſſe in obligatione.Eſt & alia differentia: quia hæc actio ex ſtipulatu tollitur nouatione,ſecunda ſtipulatione pœnæ:& etiam ſi magis interſit tua perſequi factum quàm pœnam, quæ parua erat. & eſt ratio, vt dictum eſt, quia conſenſu vtriuſque creditur nouatio facta prioris ſtipulationis:quod non eſt in actione ex empto vel vendito:& quia verbis non eſt contracta: [d] & quia non videtur de ea eſſe actum:ſed de proximo pacto.alioquin contra:vt.ſ.de reſcin.ven.l.cum emptor. nam licèt informetur ex primo pacto, originẽ tamẽ trahit à primo.tollitur tamen,quia deſiit ſua intereſſe,cũ pœnam conſecutus ſit:niſi intereſſe eſſet maius pœna: tũc enim petitur quod excedit:vt hîc. Vel melius, ſecundum Azo.& ſecundum iſta tempora reſpon. actum eſſe expreſſim [e] ne nouetur:ſed tamen non eſt actum vt præſtetur vtrumque: ſed vt exigere poſſit vel intereſſe, vel pœnam. at hodie neceſſe eſt hîc agi expreſſè vt nouet [f] & ita ad alterum non ad vtrũque agetur. Vel alia ratione non fit nouatio : quia pœna videtur poni gratia definiendi intereſſe tantum quod erat in actione ex vendito:vt ſupra pro ſocio.l.duo. vnde cum idem in vna quod in alia continetur,merito vna per aliam tollitur:licèt altera ipſo iure,altera per exceptionem.Accurſius.

a] Diſplicet B B & P.
b] Imò eſt vera exceptio ſecũdũ Albe. Bar. & P.
c] Imò vtraque ad factũ per prius, & ad intereſſe per poſteri° ſecundum Alb & P.
d] Iſta diſplicet Bar. Bal. & P.
e] Iſtud eſt diuinare: ideo dic aliter vt per Bar.& P.hic.
f] Nihil eſt. quia illud ius nouũ loquitur in ſtipulatione coæqua: hic de pœnali,in qua nihil eſt immutatum ſecũdum B. B.& P.

A petat,ex vendito[a] agere poteſt. Si cõſecutus fuerit[b] quãtum pœnæ nomine ſtipulatus eſſet:agentẽ ex ſtipulatu,doli mali exceptio ſummouebit.Si ex ſtipulatu[c] pœnam cõſecutus fuerit,ipſo iure[d] ex vẽdito agere non poterit, niſi in id ꝙ pluris eius interfuerit[e] id fieri.

B Legatarius qui emit rẽ legatam ab herede pẽdẽte cõditione legati:ſi poſtea exiſtat cõditio, repetit pretiũ per actionẽ ex empto, qui ſibiipſi videtur rem euincere.h.d. Vel ſic:Cùm quis à ſeipſo euincit, habet actionẽ ex empto.h.d.concordat.l.Iulianus.§.ſi fundum. ſupra eo. Bartolus.

### XXIX. Idem *libro quarto ex Minicio.*

Cui res ſub cõditione[f] legata erat,is eã imprudẽs[g] ab herede emit.actione ex ẽpto poterit[h] cõſequi emptor pretium: quia nõ ex cauſa legati rem habet.[i]

C Peculiũ vẽditũ cũ ſeruo, minuitur ipſo iure per furtũ ſerui vẽditi factũ antè traditionẽ vẽditori: & ideò cõpetit retẽtio.& ſi per errorẽ nõ retineatur,cõpetit repetitio: licèt actio de peculio pro furto nõ cõpeteret:quia nõ datur ex maleficio vel quaſi. h. d. Pau. de Caſt. Vel ſic,ſecũdũ Bar.Si ſeruus furtũ fecit domino, eius peculiũ deminuitur.Si verò poſtquã deſiit eſſe dominus,tũc in quãtũ peculiũ eſt dominus nouus conuenitur. Bar.

### XXX. Africanvs *libro octauo Quæſtionum.*

Seruus quem de me[k] cum peculio emiſti, prius quàm tibi traderetur, furtum mihi fecit. Quamuis ea res quam ſubripuit, interierit, nihilominus retentionem eo nomine ex peculio me habiturum ait,[l] id eſt ipſo iure ob id factum minutum eſſe peculiũ,eo ſcilicet quòd debitor meus ex cauſa cõdictionis[m] ſit factus.[n] Nam licèt ſi iam traditus furtum mihi feciſſet, aut omnino conditionem[o] eo nomine de peculio non haberem,[p] aut eatenus haberem, quatenus ex re furtiua auctum peculium[q] fuiſſet: tamen in propoſito & retentionem me habiturum: & ſi omne peculium penes te[r] ſit, vel quaſi plus debito ſoluerim, poſſe me condicere. Secundum quæ dicendũ eſt: Si nummos quos ſer-

a *Ex vendito.* ſcilicet actione informata, propter ſtipulationem de faciendo incontinenti appoſitam, ſecundum primam: ſed ſecundum ſecundam dic quòd fuit nudum pactum incontinenti appoſitum iuxta primũ. de prima autem actione nullo modo ex vendito loqui poteſt ac. & ſubaudi, etiam:nam ex ſtipulatione de faciendo poteſt agi, [g] vt ſtatim innuit ibi,agentem ex ſtipulatu &c.Ad hoc autem agitur, ſcilicet vt fiat quod conuenit. ſi autem ad intereſſe, ſi non fiat quod conuenit non agetur ex ea. ſecus in actione ex vendito, in qua venit intereſſe: vt hîc ſubiicit. & eſt ratio : quia hæc ſtipulatio eſt ſtricti iuris, & non venit in ea niſi qđ ſpecialiter dicitur: vt inſti. de ob. ex con.in fi.&.ſ. de nego. geſt.l.ſi pupilli.in fi. & l.quia tantumdem. ſed ex vendi. eſt bo. fi. ac. vt inſti.de act.§. actionũ.& in ea venit quod æquum & bonum ſit præſtari, etiam ſi non dictum ſit: vt in præalleg.leg.

b *Conſecutus fuerit.* per actionem ex vendito. Vel dic quod tantum pœnam petiit & per exceptionem tollit præcedentes ſtipulationes:ſed ex vendito ipſo iure:quod non placet.[h]

c *Si ex ſtipulatu.* ſcilicet ex ſtipulatione ſecunda.

D d *Ipſo iure.* imò per exceptionem:quod eſt tertium pactum,ſem per videtur repelli ab actione ex vendito: vt ſupra ſi quis cau. l. ſi duo.§.item ſi duo.quæ eſt contra.Sol.[i] ibi contra plures agebatur,& contra vnum pœna,& contra alium res petebatur:hic contra vnum tantum.nec etiam erat ibi pœna loco rei petitæ. Item ad hoc oppo.quia ſi primo pœnam fuero conſecutus, nõ repellor à te aliquo modo:nec ipſo iure, nec per exceptionem: vt ſupra de peti.here.l.etiam.§.pe.quæ eſt contra.Sol.[k] ibi contra plures agebatur.Item ibi doli pœnam:hic moræ tantum.

e *Interfuerit.* ſic & infra vi bo.rap.l.j.Accurſius.

*Cui res.*] Casvs. Teſtator legauit mihi fundum ſub conditione ſi nauis veniret ex Aſia.medio tempore emi eum ab herede,& pretium ſolui:poſtea extitit conditio repetam pretiũ act.ex empto.nam cum extat conditio, incipio habere ex cauſa legati:& ſic ex cauſa emptionis habere non licet. quaſi ergo re euicta ex empto,ago ad pretium.Cætera plana ſunt vſque ad.l. ſi quis fundum.Viuianus.

E f *Sub conditione.* ſi enim legatam purè mihi rem emerẽ, emptio nulla eſſet:vt.ſ.de contrahen.emp.l.ſuæ rei.

g *Imprudens.* i.ignorans eam ſibi legatam.

h *Conſequi poterit.* exiſtente cõditione:quia ipſo iure videtur res euicta.Accurſius.

i *Rem habet.* ſ.aliàs,niſi recipiat pretiũ[l] Io. & ſic nõ eſt contra, imò facit.j.de leg.j.huiuſmodi.§.qui ſeruũ.& ad leg.Fal.fundo.

k *Seruus quem à me.* aliàs,à me.& aliàs de me.

l *Ait.* ſcilicet Africanus auctor huius legis.

m *Condictionis.* ſcilicet furtiuæ.

n *Factus ſit.* vt.ſ.de pecu.l.ſed ſi dãnũ.§.ſiue autẽ ex contractu.

o *Condictionem.* ſcilicet furtiuã.

p *Non haberem.* quia eſt ex maleficio:vt ſupra de his qui deiec. vel effu.l.j.§.ſi filius.Accurſius.

q *Peculium.* vt & ſupra de pecu. l. ſi ſeruus meus. &.l. iij. §. ex furtiua cauſa.

r *Penes te.* traditum antè traditionem ſerui.

g] Iſta eſt verior, ſecũdũ Pau.
h] Et bene Alb.Bar. Bal & P.
i] Iſtã ſol. ſequitur Bar.
k] Iſta ſol. placet Bar.
l] Hæc ratio potius concludit in actione ex teſtamẽto quã ex empto ſecũdum Pau.

*Condictio.*

a *Condictio*.ſine cauſa.
b *Quaſi res*.bona ratio:vt & ſupra ſi cer.pet. l. ſi & me & Titiũ. in fi.Sed arg.contra.ſ.ſi cer.pet.l.ſi filiuſfami.Accurſius. ADDITIO. Dic quòd ibi pecunia fuit ſoluta ratione præcedentis contractus:hîc verò nullus præcedebat,ſecundum Albe. A

c *Etiam prius quàm euincatur*.ſic & aliàs agitur antequam euincatur:vt infra de ſolut. l. cùm quis.§. qui hominem.&.l. ſi hominem. Sed contra.C. de euic. l. qui rẽ. & infra de re. permu.l.j. circa princi. Solu.hîc fuit [a] in dolo venditor : vt hîc dicit : & ideò etiam antè tenetur:vt & ar.ſupra de cõtrahẽ.emp.l.ea quæ. §.dolum.Accur.

a] Et etiam ſi nõ eſſet in dolo quãdo ageretur ad defendẽdũ, ſecundùm Bart. & Bal.

d *Alioquin*.i.niſi fuiſſet in dolo: vt.ſ.e.l. ex empto.in prin. Accur.
e *Vendidit*.quæ facere non potuiſſet niſi dominus:vt C. de his qui à non domi.l. penul.& C. ſi ali. res pign. da. l. quæ prædium.Accur.
f *SI ea res. Præſtari*. vt ſupra de contrahen. empt. l. quod ſæpe.§.ſi res.
g *Quia cuſtodia* . ad quam tenetur vẽditor: vt infra eo. l. venditor domus.Accur.
h *Vim*. cui reſiſti non poteſt: vt.ſ. quod me. cauſa.l.ij.& facit.j. loca.ſed de damno. &.ſ. commo.l.ad eos. Acc.
i *Non ſolũ*. hic fuit in mora,ſupra non.Acc.
k *Fuiſſet*.niſi ego moram feciſſem.Accur.
l *Ab eodem emimus*.in eo quòd ab eodem,eſt ar. j. qui po.ĩ pig.hab. l.ſi non dominus. Sed in eo quòd à diuerſis, eſt eadem lex,arg.contra.Accur.

†Sed nec legibus vllis prohiberi vĩ vi repelli poſſe, pulchrè Cic. in Orat. pro Muræna.

m *Adprehendit*. hoc quando contra extraneum. ſed inter ſe potior eſt poſſeſſor. ſic & quando duo ab eodẽ domino:vt Cod.de rei vin.l.quotiens.Sed cõtra ad id quod hîc dicitur : quia poſſeſſor videtur potior quando à diuerſis nõ dominis emim⁹, vt ſupra de pub. l.ſiue autem.verſi. vt ſi quidem.quæ eſt cõtra. Solu. hîc loquitur cũ ille poſſidet cui primò tradita eſt res, vel fortè cum neuter poſſideret. ſed Publ. cõtra extraneum experiũtur. ſi autem agerent inter ſe ſemper poſſeſſor potior eſt: [b] cùm à duobus diuerſis nõ dominis bona fide emerint: vt in.l.contraria.arg.j. de pig.l.ſidebitor.

b] Sequũtur glo. Albe. & Pau.

uus iſte mihi ſubripuerat,tu ignorans furtiuos eſſe, quaſi peculiares ademeris, & conſumpſeris: condictio [a] eo nomine mihi aduerſus te cõpetat:quaſi res [b] mea ad te ſine cauſa peruenerit.

Qui vendit rem alienam ſcienter, propter dolum hac actione conuenitur antequam res euicta ſit.ſecus ſi ignorans.Bar. B

Si ſciens alienam rem ignoranti mihi vendideris : etiam prius quàm euincatur, [c] vtiliter me ex empto acturum putaui in id, quanti mea intereſt meam eſſe factam. quamuis enim alioquin [d] verum ſit, venditorem hactenus teneri, vt rem emptori habere liceat,non etiam vt eius faciat:quia tamen dolum malum abeſſe præſtare debeat,teneri eum qui ſciẽs alienam, non ſuam ignoranti vẽdidit. [e] Idem eſt maximè, ſi manumiſſuro,vel pignori daturo vẽdiderit. C

Venditor non tenetur de caſu fortuito:tenetur tamen cedere actionem ratione rei cõpetentem. Bartolus.

XXXI. NERATIVS *libro tertio Membranarum*.

SI ea res quam ex empto præſtare debebam,vi mihi adempta fuerit: quamuis eam cuſtodire debuerim, tamen propius eſt vt nihil amplius quàm actiones perſequendæ eius præſtari [f] à me emptori oporteat:quia cuſtodia [g] aduerſus vim [h] †parum proficit. Actiones autem eas non ſolùm [i] arbitrio, ſed etiam periculo tuo tibi præſtare debebo:vt omne lucrum ac diſpendium te ſequatur. & non ſolùm quod ipſe per eum adquiſij,præſtare debeo: ſed & id quod emptor iam tunc ſibi tradito ſeruo adquiſiturus fuiſſet. [k] D

De duobus emptoribus ille eſt potior, cui eſt poſſeſſio tradita. Bartolus.

Vterque noſtrûm eandem rem emit à non domino, cùm emptio venditióque ſine dolo malo fieret: traditáque eſt.ſiue ab eodem emimus, [l] ſiue ab alio atque alio is ex nobis tuendus eſt, qui prior ius eius adprehendit: [m] hoc eſt, cui primùm tradita eſt.ſi alter ex nobis à domino emiſſet, is omnimodo tuendus eſt. [n]

Si quis contrahentium ex falſis menſuris decipiatur, poteſt per hanc actionem habere recurſum. Bartolus.

XXXII. VLPIANVS *libro vndecimo ad Edictum*.

SI quis [o] à me oleum quod emiſſet,adhibitis iniquis põderibus accepiſſet, vt in modo me falleret, vel emptor circũſcriptus ſit à venditore ponderibus minoribus: Pomponius ait poſſe dici, venditorẽ ſibi dari oportere quod plus [p] eſt petere. quod habet rationem.ergo & emptor ex empto habebit actionem,qua contentus eſſe poſſit.

XXXIII. IDEM *libro vicenſimotertio ad Edictum*.

ET ſi vno pretio plures res emptæ ſint:de ſingulis [q] ex empto &* vendito agi poteſt.

XXXIIII. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum*.

SI fũdo vẽdito, in qualitate iugerum captio [r] eſt:ex empto [ſ] erit actio.

Euicta ſeruitute agitur ex empto,non de euictione. h. d. habes in. l. quod ad ſeruitutes. infra de euictionib. Barto.

XXXV. IDEM *libro ſeptuageſimo ad Edictum*.

SI quis fundum emerit, quaſi per eum fundum eundi agendi ius non eſſet, [t] & interdicto [u] de itinere actúque victus ſit: ex empto habebit actionem. licèt enim ſtipulatio de euictione non committatur, quia non eſt de iure [x] ſeruitutis in rem actione pronuntiatum: tamen dicendum eſt ex empto actionem competere.

Antè traditionem venditor tenetur ad cuſtodiam : propter quã etiam debet de damno infecto cauere.Bar.

XXXVI. PAVLVS *libro ſeptimo ad Plautium*.

VEnditor domus, antequam eam tradat,damni infecti ſtipulationem interponere debet: [y] quia antequam vacuam poſſeſſionem tradat, cuſtodiam & diligentiam præſtare debet: & pars eſt cuſtodiæ diligentiæque, hanc interponere ſtipulationẽ:&ideò ſi id neglexerit tenebitur emptori. E

Dolus venditoris non prodeſt emptori.Bar.

XXXVII. IDEM *libro quartodecimo ad Plautium*.

SIcut æquum eſt bonæ fidei emptori alterius [z] dolum non nocere: [a] ita non eſt æquum,

n *Tuendus eſt*.niſi fuit creditor ille qui vendidit, habens ius diſtrahendi:vt C.de di. pig.l.antepe.niſi non dominus, antequam fieret dominus,alij vendidiſſet:deinde poſtquã eſt factus dominus,alij vẽdat. vnde præfertur qui primò emit. & ſic qui emit à nõ domino,prefertur ei qui emit ab eodem poſtea domino facto:vt ſupra de rei vin. l.ſi Titio.
o *SI quis à me*. ſuper hac materia plenè dixi.ſ.de dolo.l. arbitrio.§.de eo.Accur.
p *Plus*. id eſt qđ plus tradidit quàm debuit.
q *ET ſi vno. De ſingulis*.vt & in pluribus rebus cũmodatis : vt.ſ.cõmodati.l.in cõmodato. §. duobus. & etiã vnicè: vt dixi circa hoc.ſ.fami. erciſcũ.heredes.§.de pluribus.
r *SI fundo. Captio*. id eſt deceptio.Ac.
ſ *Ex empto*. vt & ſupra eo.ſi in qualitate.
*SI quis fundum*.] CASVS. Vendidi tibi fundum liberum:poſtea quidam euicit tibi poſſeſſ.ſeruitutis, non dico proprietatem : ages ex empto ad intereſſe,non de dupla.Vi.

*Sic Flo. ſed quidam putat legendũ aſyndetos, ex empto vendito.

t *Ius non eſſe*. ſcilicet vicino alicui.
u *interdicto* . ſcilicet primo,nõ ſecundo : vt ſtatim hîc ſubiicit.ſunt enim duo: [c] vnum in quo tantùm agitur de quaſi poſſeſſione: alterũ in quo etiam de ſeruitutis iure:vt.j.de itine.actúq; priua. l. vnde.§.hoc autem.

c] Idẽ Alb.

x *Quia non eſt de iure*. maximè. nam & ſi de ſeruitute pronuntiaretur, non tamen ex ſtipulatu ꝓ euictione rei ageretur : vt.ſ.de euic. quod ad ſeruitutes.
*VEnditor*.] CASVS. Vendidi tibi domũ, nõ tradidi adhuc. debeo ſtipulari à vicino damni infecti, ſi timeã damnũ:quaſi hoc ſit pars cuſtodiæ : quia cuſtodire eã debeo.Vi.
y *Debet*.vt.ſ.de cõtrahẽ.emp.l.quod ſępe.§. ſi res.& ſ.eo.ſi ea res.j. rñ.& inſtit.de cõtrahẽ. empt.§.cũ.autem.&.§. quod ſi fugerit.&.ſ.de dam,infect.l.damni.§. emptor.ij.reſpon.
*SIcut æquũ*.] CASVS. Vendo tibi fundũ. ſcio alienũ : non nocet tibi quo min⁹ præſcribas, ſi bonã fidem habeas. ſic ecõtra ſi malã fidẽ, nõ prodeſt tibi ſi tu vis vti acceſſione mea,id eſt tẽpore. Vi.
z *Alterius*.ſcilicet vẽditoris.Accur.
a *Non nocere*. ſi non



UNED

eidem perſonæ venditoris [a] ſui dolum prodeſſe.

XXXVIII. CELSVS *libro octauo Digeſtorum.*

SI venditor [b] hominis dixit, peculium eum habere decem, nec quenquam adempturum: [c] etſi plus habet, totum præſtet: niſi hoc actum eſt, vt dūtaxat decem præſtaret. ſi minus eſt, præſtet eſſe decem: & talem ſeruum eſſe, vt tantum peculij habeat. Si per emptorem ſteterit quò minus ei mancipium traderetur, pro cibariis [d] per arbitrium indemnitatem poſſe ſeruari, Sextus Ælius, Druſus dixerunt: quorum & mihi iuſtiſſima videtur eſſe ſentētia.

Fiſtulæ & canales cedunt domui. Bartolus.

Firmus à Proculo quæſiit, ſi de plumbeo caſtello [e] fiſtulæ ſub terram miſſæ aquam ducerent in aënum [f] † lateribus [g] circumſtructum, an hæ ædium eſſent: an vt [h] ruta, cæſa, iuncta, * fixáque quæ ædium non eſſent. ille reſcripſit, referre quid acti eſſet. Quid ergo ſi nihil de ea re neque emptor neque venditor cogitauerūt, vt plerunque in eiuſmodi rebus eueniſſe ſolet? nónne propius eſt vt inſerta & incluſa ædificio, partem eius eſſe exiſtimemus? [i]

XXXIX. MODESTINVS. *libro quinto Reſponſorum.*

QVæro, ſi quis ita fundum vendiderit, vti venundatum eſſe videatur quod intra terminos ipſe poſſedit: ſciens tamen aliquam partem certam ſe non poſſidere, non certiorauerit emptorem: an ex empto iudicio teneatur: [k] cùm hæc generalis adiectio ad ea quæ ſpecialiter nouit qui vendidit, nec excepit, [l] pertinere non debeat: ne alioquin emptor capiatur: qui fortaſſe, ſi hoc cognouiſſet, vel empturus nō eſſet, vel minoris empturus eſſet, ſi certioratus de loco certo fuiſſet: cùm hoc & apud veteres ſit relatum in eius perſona, qui ſic exceperat, *Seruitutes, ſi quæ debentur, debebuntur.* [m] etenim iuris auctores reſponderunt, ſi certus venditor quibuſdam perſonis certas ſeruitutes debere non admonuiſſet emptorem, ex empto eum teneri debere: quando hæc generalis exceptio non ad ea pertinere debeat, quæ venditor nouit, quǽque ſpecialiter excipere & potuit, & debuit: [n] ſed ad ea quæ ignorauit, & de quibus emptorem certiorare nequiuit. [o] Herennius Modeſtinus reſpondit: ſi quid circumueniendi emptoris cauſa venditor in ſpecie de qua quæritur fecit, ex empto actione conueniri poſſe.

Qui emit arbores extantes, non facit eas ſuas donec à ſolo ſeparētur: & ideo vendicare non poteſt: ſed aget ex empto. Barto.

XL. POMPONIVS *libro trigenſimoprimo ad Q. Mucium.*

QVintus Mucius ſcribit: Dominus fundi de prædio arbores ſtantes vendiderat, & pro his rebus pecuniam accepit: & tradere nolebat. emptor quærebat quid ſe facere oporteret: & verebatur ne hę arbores eius non viderentur factæ. Pomponius: Arborum quæ in fundo continentur, non eſt ſeparatum corpus à fundo: & ideò vt dominus, ſuas ſpecialiter arbores vindicare emptor non poterit, [p] ſed ex empto habet actionem.

Emptori decepto ſuccurritur per actionem. h.d. Barto. Vel ſic: Vēditor qui certificat emptorem de commodo, debet etiam certificare de onere quod imminet ratione illius commodi: aliàs tenetur ad intereſſe. h.d. Pau. de Caſt. Per hanc legem fundat ſe gloſ. in l. cùm venderes. de contrahend. empt. quòd venditor tenetur tradere rem liberam à ſeruitute.

XLI. PAPINIANVS *libro tertio Reſponſorum.*

IN venditione [q] ſuper annua penſitatione pro aquæductu infra [r] domum Romæ conſtitutam nihil commemoratum [ſ] eſt. deceptus [t] ob eam rem ex empto actionem habebit. itaque ſi conueniatur ob pretium ex vendito: [u] ratio improuiſi oneris habetur. [x]

Si venditor in vna re decipitur per ignorātiam, & in alia decipit: debet horum inuicem fieri compenſatio: quem caſum nota, quia nouus eſt. Iſtam legem intelligo, quando venditor fuit ignorans: ſecus ſi ſciens: & ſic in dolo. tunc enim non compenſatur lucrum cum damno: vt. l. ſi negotia. ſupra de nego. geſt. Item intelligo quādo fuit vna venditio, vt ponitur in textu: ſecus ſi plures & ſeparati contractus fuiſſent: vt. l. ſi quis negotia aliena. ſupra de neg. geſt. & ibi dixi. Bar. Hæc lex pulchra eſt: quæ primò determinat quæſtionem pro emptore: vſque ibi, ſed an exceptio. Secundò reuocat in dubiū quid de æquitate. & in hac ſecūda arguit pro vēditore: vſque ibi, an non. Secūdò pro emptore: vſque ibi, videamus tamen. Tertiò redit ad venditorem: vſque

vult vti acceſſione ſui auctoris: vt C. de præſcrip. long. tēpo. l. j. ſed hodie etiā ſi vti nolit: vt in aut. vt ſpō. larg. §. rurſus. coll. vij. Accur.

a *Venditori.* ſi velit vti acceſſione temporis ſui auctoris. Azo. vt. j. de acquiren. poſſeſſ. l. Pomponius. §. cū quis. & facit ſupra de pecu. l. ſumma. §. emptor & C. de peric. & commo. l. dolum. Accur.

SI venditor.] CASVS. Vendidi tibi ſeruū cum peculio, in quo dixi. x. eſſe: & ſi plus eſſet quàm. x. darē reliquum: & ſi nihil ſit in peculio quàm. x. dixi tamē. x. præſtare velle. dicitur quòd debeo iſtud pactum ſeruare vt promiſi. [SI PER EMPTOREM.] Vendidi tibi equū. ſi es in mora accipiendi, dabis mihi ſumptus eius. [FIRMVS.] Vendo tibi fundum: quæritur an veniat aquęductus qui aliunde trahitur ad domum? Et reſpon. quòd ſic: ſicut ea quæ ſunt inſerta domui: niſi cōtra actum ſit. Viuia.

b *Si venditor.* hîc incipit reſpondere.

c *Ademptur um.* videbatur repetēda. x. vt. l. cùm ſeruus. ſed nō eſt repetitio. ſecus [a] ſi hæc verba prætermiſſa eſſent: vt infra eod. ſi ſeruus. §. fin. quæ eſt contra. ſic & ſupra de contrahen. emp. l. qui fundum. §. ſi agrū. Sed arg. contra. j. de condit. inſtitu. l. cū. ſeruus. ADDITIO. Dic quòd ibi erant verba quæ inducebant repetitionem ſecundum Albe.

d *Pro cibariis.* facit ſupra commo. l. in rebus. §. poſſunt.

e *Caſtello.* loc⁹ eſt circundatus ad modū caſtelli, vbi congeritur & indè ducitur aqua: vt. j. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. penul.

f *In aënum.* fortè æneū, per cuius os ſtillat aqua.

g *Lateribus.* i. lapidib⁹.

h *Vt.* id eſt ſicut.

i *Exiſtimemus.* certè ſic: vt ſupra de contrahen. empt. ſi aquæductus. & l. ſequen. & l. dolia. & argu. infra eo. creditor. in fin. Accur.

QVæro.] CASVS. Duo dicit. Primò, vendidi tibi fundum magnum, quem ad oculum demonſtraui, dicens: Vendo tibi quicquid intra hos duos confines teneo. ſciebam tamen quòd vnum iugerum erat ibi quod non poſſidebā an tenear quaſi deceperim? Et reſpon. quòd ſic: vt in hoc alio: vendo domum. & addo, ſi quam ſeruitutem debet, nolo teneri. ſi debebat vnam quam ſciebam, certè nihilo minus teneor. prædictū ergo pactū prodeſſet mihi in aliis quæ ignoraſſem: nō in his quæ ſciuiſſem. Vi.

k *Teneatur.* & videtur quòd teneatur, cū &c. Accur.

l *Excepit.* ſpecialiter. Accurſius.

m *Debebuntur.* id eſt debeantur.

n *Et debuit.* vt infra de euicti. l. qui libertatis. circa princi. & infra de ædili. edict. l. quæritur. §. ſi venditor. Acc.

o *Nequiuit.* quo caſu ſuæ ſecuritati proſpectum videtur [b] quod ei permiſſum eſt: vt ſupra. e. l. j. Accur.

p QVintus. *Non poterit.* vt & Cod. de rei vindic. ſeruum. & ſupra de rei vindic. l. ſi ager. & ſupra eo. l. qui pendentem. Accurſius.

q IN *venditione.* Pone caſum: [c] Habeo aquæductum per domum tuam Romæ cōſtitutam ad domum meam: vt tamen pro aquęductu ſingulis annis ſoluā quādam ſummam, puta decē: poſtea vendo alij domum meam, & dico ei deberi aquæductum, ſed de penſitatione taceo. teneor emptori: quia licèt ipſe non teneatur ad illam ſummam: (vt argu. ſupra de contrahen. emptio. l. fin. §. fi.) tamen non poteſt vti aliàs ſeruitute, niſi ſoluat: quia in totum aut in nihilum debet ſeruare pactum meum: vt infra de acqui. poſſeſ. l. Pomponius. §. cū quis. & ſupra de compen. l. ſi cum filio. & ſupra de pact. l. ſin autem.

r *Infra.* aliàs intra

ſ *Commemoratum eſt.* ſcilicet à venditore.

t *Deceptus.* ſ. emptor.

u *Ex vendita.* ſcilicet actione.

x *Habetur.* vt ſic fiat compen-

† De his Vitruuius lib. 8. ca. 7. Budæus autem hîc ſpecū legit. Nā ſunt & ſpec⁹, inquit, inter opera aquariorum. Frōtinus de aquęductib⁹: Quicunque poſt hanc legem rogatam, riuos, ſpecus, fornices, fiſtulas, caſtella, lacus aquarum publicarum &c.

a] Imò idē, ſecundum Alb. & P.

* vincta in archetypo Flor. ſed forte melius legeret iuncta inquit Taurell. qui etiam rectè obſeruauit ī veteribus manuſ. legi iniuncta ſed malè vincta.

b] Idem Bal. & P.

c] Iſtam caſus poſitionem ſequitur B. Bal. & P.

compenſatio, ſi pro vſu ſeruitutis aliquid ſolutum eſt ab emptore: vt. C. de compen. l. quoniam. Accurſius.

a *SI duorum. Non proderit*. de rigore iuris: aliud de æquitate: vt in fine huius legis. Accurſius.

b *Relatum eſt*. & malè: vt infra. Accurſius.

c *Vtique*. ſcilicet maximè poteſt dubitari.

d *Iure perpetuo*. ſcilicet actione ex empto, quæ perpetua eſt.

e *Conſtat*. & non ſoluit hanc quæſtionem hîc, ſed in fine huius legis. eius tamen contrarium ſoluit: ſcilicet ſi plus inuenitur in prato quàm in vinea: vt ſupra. eod. l. ſi in qualitate. Accurſius.

f *Dare iuſſum*. & alium alia decem. Accurſius.

g *A duobus*. ſtatuliberis iuſſis dare. xx. domino ſuo. ſic & infra de euict. l. ſi duos.

h *Suprafcriptis*. ſcilicet hac lege. ſed & contra. huic eſt ſupra pro ſocio. l. non ob eam. ADDITIO. Dic quòd ibi interceſſit culpa ſocij: hîc verò non, ſecundùm Alberi.

† Iſte text. eſt ſing. & vnicus ſecũdum Bal. in l. ſicut. C. e. tit. & profectò eſt text. aureus. vide hic in nouis interpre. Bo.

*TItius*.] CASVS Titius legauit Seiæ tres ſeruos, rogans vt poſt annum legataria manumitteret. & cùm legataria non agnoſceret legatum, heres vendidit Sẽpronio ea mãcipia: & nihil de libertate danda ei dixit. tandem emptor vnam nomine Areſcuſam manumiſit: quę poſtea nõ vult eſſe liberta emptoris, ſed heredis. Item alij duo vocauerũt heredem ad ius, & compulſus eſt heres manumittere. cum legataria non petente apud heredem, cum ſuo onere remanebant mãcipia. nunc primò quæritur, an emptor poſſit repetere pretiũ Areſcuſæ, quaſi euictę: cùm non vult emptorem habere patronum. Secũdò, ſi emptor fecerit ſumptus in ſeruis dum erãt apud eum: an repetat à venditore. Tertiò, an Areſcuſa poſſit eligere in patronum vel heredem, vel emptorẽ, vel etiam legatariam. de cæteris enim duobus non quæritur ab herede manumiſſis, cũ habeãt patronum. Et reſpon. per ordinem primò primę: tenetur emptori ad pretium. Secundò ad ſecundam: quia poteſt repetere ſumptus, niſi excedãt vltra pretium commune ſeruorum. nam ſicut agetur ex empto ad minus ſi decreuiſſet ſeruorum pretium: ita ad plus ſi accreuit, niſi ſit immodicum: vt dixi. Videbatur impedire repetitio-
A nes ſumptum: quia ſi mihi aream alienam vendas, & in ea ædificanda fecero ſumptus: re euicta per verum dominum, non repeto ſumptus à venditore: quia eos potui habere à vindicante, ad idem ſi emi ſeruum in quem poſtea impendi, & ſe in libertatem euincit, iam non potero petere ſumptus à venditore: quia eos potui à vindicante ſe in libertatem cõſequi, cùm eum poſſidebam. ſecus autem ſi domum vel fundum non poſſidebam, ſed alio poſſidẽte petij, & ſuccubui: quia nõ potui ſeruare ſumptus, per except. recupero hoc caſu à venditore actio. ex empto. Sed certè in noſtro caſu nõ potuit emptor excipere: quia non ipſe, ſed heres fuit compulſus manumittere. quod autem dixi venditorem nõ teneri ad ſumptus, ſi emptor à vindicante conſequi potuit, verũ eſt, niſi venditor fuerit ſciens alienum: & ſic etiam in noſtro caſu eſſe potuit: quia ſciebat heres idémq; venditor libertatem deberi. In tertia quæſtione dicit, quòd poteſt eligere Areſcuſa vel heredem, vel emptorem pro patrono: & ſi eligit heredem, tenetur ad pretium emptori. ſi emptorem eligeret, nõ repeteret pretium. hoc dicit cum duabus. legibus. ſequen. Viuia.

ibi, ſimilis quæſtio. Quartò antequam decidat, adducit alium caſum ſimilẽ, quo fit determinatio pro emptore de rigore: vſque ibi, ſed rectius. Quintò & vltimò in vtroq; caſu tam in adducto, quàm in alio ad quem deducitur, determinat pro venditore de æquitate: vt id quod deficit in vno, ſuppleatur in eo quod ſuperfuit in altero. Pau. de Caſt.

**XLII. PAVLVS** *libro ſecundo Quæſtionum.*

SI † duorum fundorum venditor ſeparatim de modo cuiuſque pronuntiauerit, & ita vtrumque vno pretio tradiderit, & alteri aliquid deſit, quamuis in altero exuperet, fortè ſi dixit vnum centum iugera, alterum ducenta habere, non proderit [a] ei quòd in altero ducenta decem inueniuntur, ſi in altero decem deſint. & C de his ita apud Labeonem relatum eſt. [b] Sed an exceptio doli mali venditori profutura ſit, poteſt dubitari. vtique [c] ſi exiguus modus ſiluæ deſit, & plus in vineis habeat quàm repromiſſum eſt: an non facit dolo, qui iure perpetuo [d] vtitur? Nec enim hîc, quod amplius in modo inuenitur, quàm alioquin dictum eſt, ad cõpendium venditoris, ſed ad emptoris pertinet: & tunc tenetur venditor, cùm minor modus inuenitur. Videamus tamẽ, ne nulla querela ſit emptoris in eodẽ fundo, ſi plus inueniat in vinea, quàm in prato: cum vniuerſus modus conſtat. [e] Similis quæſtio eſſe poteſt ei quæ in duobus fundis agitata eſt: & ſi quis duos ſtatuliberos vno pretio vendat, & dicat vnum decem dare iuſſum, [f] qui quindecim dare debebat. nam & hic tenebitur ex empto actione: quamuis emptor à duobus [g] viginti accepturus ſit. Sed rectius eſt, in omnibus ſuprafcriptis [h] caſibus lucrum cum damno compenſari: & ſi quid deeſt emptori, ſiue pro modo, ſiue pro qualitate loci, hoc ei reſarciri.

Emptor ſerui propter commodum iuriſpatronatus euictum, habet actionem ex empto. Item intereſſe ſumptuum, non debet excedere duplum rei contra ignorantem: ſecus ſi contra ſcientem. hoc dicit cum. l. ſeq. Bart. Vel ſic: Si emptori ſerui euinceretur ius patronatus, habet actionẽ ex empto ad pretiũ & ad intereſſe, ſicut ſi euinceretur ſeruus. Item intereſſe ſumptuũ & expẽſarum factarum in re euicta, non debet excedere duplum rei contra venditorem ignorantem: nec poteſt ab eo repeti, ſi poteſt ab euincente recuperari. ſecus contra ſcientem in vtroque: quia poteſt repeti, & excedere duplum. Item manumiſſus ab eo qui habet cauſam à grauato de manumittendo, poteſt eligere in patronum ipſum grauatum, & euitare manumittentem, vel econuerſo. hoc dicit cum. l. ſequenti. & ſequen. vſq; ad. l. ſi quis alteram. ſecundùm Bart. Bald. & Pau. de Caſtro.

**XLIII. IDEM** *libro quinto Quæſtionum.*

TItius * cùm decederet, Seiæ Stichum, Pamphilum, & Areſcuſam per fideicommiſſum reliquit: eiúſque fidei commiſit, vt ommes ad libertatem poſt annum perduceret. Cum legataria fideicõmiſſum ad ſe pertinere noluiſſet, [i] nec tamen heredem à ſua petitione liberaſſet, heres eadem mancipia Sempronio vendidit, nulla commemoratione [k]
D fideicõmiſſæ libertatis facta. Emptor cum pluribus annis mancipia ſuprafcripta ſibi ſeruiſſent, Areſcuſam manumiſit: & cùm cæteri quoque ſerui, cognita voluntate defuncti, fideicommiſſam libertatem petiſſent, & heredem ad prætorem perduxiſſent, iuſſu prætoris ab herede ſunt manumiſſi. [l] Areſcuſa quoque nolle ſe emptorem patronum habere reſponderat. Cùm emptor pretium à venditore empti iudicio Areſcuſę quoque nomine repete-
E ret, lectum eſt reſponſum Domitij Vlpiani, quo cõtinebatur Areſcuſam pertinere ad reſcriptũ ſacrarum conſtitutionum, ſi nollet emptorem patronum habere: [m] emptorem tamen nihil poſſe poſt manumiſſionem à venditore cõſequi. Ego cum meminiſſem & Iulianum in ea ſententia eſſe, vt

* Bar. in l. vnica. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. verſi item oppo. de. l. Titius. dicit iſtum text. ſingu. & mirabilẽ ad hoc propoſitum. quod intereſſe poteſt excedere duplum. Bolog.

i *Noluiſſet*. id eſt non voluiſſet. id eſt, non agnouerit legatum: nõ tamen repudiauit: vt ſubiicit, nec tamẽ, &c. ſed tamen plerumque pro repudiare ponitur: vt infra de condit. & demonſt. l. pater. j. reſpon.

k *Cõmemoratione*. ſemper tamẽ cum ſua cauſa alienatur, vt tamen vendita mancipia poſſint eligere patronum emptorem, vel heredem: vt hîc ſubiicit, & infra de fideicommiſſ. liber. l. quidam. §. j. & l. generaliter. §. finali.

l *Manumiſſi*. heredes enim manumittere debent: quia, vt dixi, cùm ſuo onere ſunt apud quemlibet: & ſic apud heredẽ remanent cum ſuo onere: vt. C. de cadu. tollen. §. ne autem. Sed qualiter potuit heres manumittere, cùm recta via fuerit facta legatariæ quæ non repudiauit: vt infra de fur. l. à Titio? Reſpon. fortè heredis erant mancipia. Sed tunc quare, cum in emptorem tranſit dominium? Reſpon. vt præualeat fideicommiſſaria [a] libertas tranſlatione dominij.

l. j. C. de his qui à nõ dõ. man. l generaliter. §. vlti. j. de fideic. libert.

a] Sequitur gl. Alberi. Bald & P.

m *Patronum habere*. quòd poſſet eligere heredem.

exiſtimaret poſt manumiſſionem quoq; empti actionem durare: [a] quæro quæ ſententia [b] vera eſt. Illud [c] etiam in eadem cognitione nomine emptoris deſiderabatur, vt ſumptus quos in vnum ex his quem erudierat, fecerat, ei reſtituerentur. Item quæro, [d] Areſcuſa quæ recuſauit emptorẽ patronum habere, cuius ſit liberta B conſtituta: an poſſit vel legatariam quæ non liberauit, vel heredem patronum habere. nam cæteri duo ab herede [e] manumiſſi ſunt. Reſpondi. [f] Semper probaui Iuliani ſententiam putantis, manumiſſione non amitti [g] * eo modo. De ſumptibus [h] verò quos in erudiẽdum hominem emptor fecit, videndum eſt. Nam empti iudicium ad eam quoq; ſpeciem ſufficere exiſtimo. Non enim pretium cõtinet [i] tantùm, ſed omne C quod intereſt emptoris ſeruum non euinci. Planè ſi in tantum pretium excediſſe † proponas, vt non ſit cogitatum à venditore de tanta ſumma: veluti ſi ponas [k] agitatorẽ poſtea factum vel pantomimum, euictum eſſe eum qui minimo veniit pretio: iniquum videtur in magnam quantitatem obligari venditorem,

XLIIII. AFRICANVS *libro octauo Quæſtionum.*

CVm & fortè idem [l] mediocrium facultatum ſit, & non D vltra * duplum [m] periculum ſubire eum oportet.

XLV. PAVLVS *libro quinto Quæſtionum.*

IDque & Iulianum [n] agitaſſe Africanus refert: quod iuſtum eſt: ſicut minuitur præſtatio, ſi ſeruus deterior [o] apud emptorem effectus ſit, cùm euincitur.

Illud † expeditius [p] videbatur, ſi mihi alienam aream vendideris, & in eam ego ædificauero, [q] atque ita eam dominus [r] euincat. Nam quia poſſum pe- E tentem dominum, niſi impenſam ædificiorum ſoluat, doli mali exceptione ſummouere: [ſ] magis eſt vt ea res ad periculum venditoris non pertineat. Quod & in ſeruo [t] dicendum eſt, ſi in ſeruitutem, [u] non in libertatem euinceretur: vt dominus [x] mercedes & impenſas præſtare debeat. Quòd ſi emptor non poſſideat [y] B ædificium, vel ſeruum: ex empto habebit actionem. [z] In omnibus tamen his caſibus ſi ſciens quis alienum vẽdiderit, omnimodo [a] teneri debet. * Supereſt tertia deliberatio, cuius debeat eſſe liberta Areſcuſa, quæ recuſat emptorem. Et non ſine ratione dicetur, eius debere effici libertam, à quo vendita eſt, id eſt heredis: quia & ipſe ex empto actione tenetur. ſed hoc ita, ſi non Areſcuſa elegerit emptoris patronatum. C tunc etenim & illius remanet liberta, & ille ex empto actionem non habet: [b] quia nihil eius intereſt, cùm eam libertam habeat.

Ius ſuperueniens creditori, prodeſt emptori. Bartolus.

XLVI. IDEM *libro viceſimoquarto Quæſtionum.*

SI quis alienam rem vendiderit, & medio tempore heres domino rei exſtiterit: cogetur implere [c] venditionem.

Pœna in quam defunctus incidit, poteſt exigi ab herede: & cõmiſſio pœnæ non impedit quin D poſſit peti pœna intereſſe & vſura. Bartolus.

XLVII. IDEM *libro ſexto Reſponſorum.*

LVcius Titius accepta pecunia ad materias [d] vendendas ſub pœna certa, ita vt ſi non integras repræſtauerit, † intra ſtatuta tempora pœna conueniatur: partim datis materiis deceſſit. Cùm igitur teſtator in pœnam commiſerit, neque heres eius reliquam materiam exhibuerit, [e] an & in E pœnam & in vſuras [f] conueniri poſſit: [g] præſertim cum emptor

a *Durare.* ſi eligat heredem in patronum.

b *Quæro quæ ſententia.* Prima quæſtio, id eſt an habeat regreſſum emptor pro euictione, an non: quia manumiſit: ſi poſtea manumiſſa heredem patronum eligat.

c *Illud.* Secunda quæſtio eſt. Accurſius.

d *Item quæro.* Tertia quæſtio.

e *Ab herede manumiſſi ſunt.* quaſi diceret, de his non eſt quæſtio. quin ſint liberti heredis, & ideò pro eis de euict. agatur. Accur.

f *Reſpondi.* hæc eſt reſponſio primæ quæſtionis.

g *Non amitti.* de euict. ſi illa eligat heredem patronum.

h *De ſumptibus.* reſpõſio ſecundæ quæſtionis.

i *Continet.* actio de euictione.

k *Ponas.* ſcilicet propter ſumptum factum pro expẽſis emptoris.

l CVm & fortè idẽ. ſcilicet venditor. Accurſius.

m *Duplum.* pretij communis. ſic & C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. in princ. & arg. ſupra de pign. actio. l. ſi ſeruus. ſed cùm malè tradidit, vltra teneri debet: vt. s̃. eo. l. Iulianus. Sol. & hoc corrigitur infra eo. l. proxi. ibi, in omnibus, &c.

n IDemque. *Agitaſſe.* id eſt tractaſſe, vt ſcilicet quod intereſt reddatur, ſi modicum excedat: vt. s̃. dicitur.

o *Deterior.* ita etiam augeri debet: vt infra de euict. l. euictio. in princ. & l. bonitatis. & l. ſi cùm venditor. §. fi. Sed contra in. l. illa, ex mille. vbi tempus contractus inſpicitur, licèt creuerit rei æſtimatio. Sol. hîc agit ex empto. vnde ibi ĩtereſſe quod eſt tẽpore euictionis, venit: ibi ex ſtipulatu: & ideò id duplicatur quod fuit tempore vẽditionis. Accurſius.

p *Illud expeditius.* Et hoc arg. eſt hîc clarius, vt non videantur repeti poſſe ſumptus.

q *Ædificauero.* ſcilicet bona fide.

r *Dominus.* ſcilicet verus.

ſ *Summouere.* vt & ſupra communi diuidun. l. in hoc iudicio. & C. de euict. l. ſuper empti.

t *In ſeruo.* quem emi à non domino, & in eum erudiendum impendi. Accurſius.

u *Si in ſeruitutem.* id eſt in ſeruitutis poſſeſſione eo conſtituto.

x *Dominus.* qui vindicat: non ergo venditor.

y *Non poſſideat.* ſine dolo & culpa. & hoc caſu loquitur. C. de euict. l. ſi controuerſiam. quę eſt contra ſuperius hîc reſponſum.

z *Actionem.* cùm fuit ſuperatus ab alio petendo. & ſic fuit in noſtro caſu, quaſi eos heres non videatur poſſediſſe à quo manumiſſi ſunt.

* amitti.

† vulg. exceſſiſſe.

* Sing. tex. ſecundùm Bar. in. l. 1. 7. col. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt.

† Pau de Ca. & Ale. in. l. vẽditores. ĩ. de verbo. ob. reputant iſtũ tex. ſing. & aduerte quia tex. nõ loquitur de expen iudicij ſed de factis in te. Bolog.

A a *Omnimodo.* poſſideat, vel non. excipiat, vel non. nam licèt ſit in culpa, dolus venditoris præponderat: vt. s̃. ad. l. Aquil. ſi putator. in fin. & l. item ſi. §. fin. Et not. hîc ſcientẽ plus teneri [a] quàm ſi eſſet ignorans: vt. s̃. eod. l. tenetur. §. fin. & l. Iulianus. in princ. & l. ſeruus. §. fin. & hoc etiam caſu poteſt loqui noſter caſus.

b *Non habet.* vtrumq; enim habere non debet: [b] vt. s̃. de ſer. cor. l. vt tantum. §. fin. Sed contra. ĩ. de præſcript. verb. l. naturalis. §. fin. Sol. vt ibi. [c] Item facit. ĩ. de euict. ſed hoc nomine. & l. venditor.

SI quis.] CASVS. Rẽ alienã mihi Titius vendidit: poſtea domino rei extitit heres: an compellatur tradere? Videtur quòd non: ſicut nec ille compelletur cui fuerit heres. ſed tamen dicit compellendum. Viuianus.

c *Implere.* id eſt rẽ tradere, & ea facere quæ in venditione deſiderantur: vt infra de vſucap. l. cùm vir prædiũ. non enim tradiderat: ſed ſe excuſabat propter nouum dominũ. nec eſt contra. s̃. ſi cer. pe. l. proinde. quia ibi ex ea cauſa factus fuit dominus tradens, qua fingitur trãſtuliſſe dominium tradenti tempore traditionis. Item non ob. infra qui & à qui. manu. li. non fin. l. ſi ſeruo. vbi non confirmatur libertas alieno ſeruo data: licèt manumiſſor domino ſerui heres exiſtat. Sol. ibi à principio ipſo iure non tenuit, ſed hîc vẽditio ſic, cùm in re aliena valeat: vt. s̃. de contrahẽ. empt. l. rem alienam. item facit. C. de ſecun. nup. auth. ſed & ſi quis. Accurſius.

LVcius.] CASVS. Luci⁹ vẽdidit mihi x. tigna in genere certę longitudinis & groſſitudinis pro. x. quæ ei dedi nunc: & ipſe promiſit daturum hinc ad mẽſem ſub pœna. poſtea. ĩ. diẽ dedit. v. & deceſſit. an heres teneatur ad pœnã: maximè quia nõ obtulit alia. v? Et reſpõ. ꝙ ſic. Secũdò quæritur, an heres teneatur ad vſuras pretij quod nunc emptor repetit act. ex empto? Et rñ. ꝙ ſic poſt morã officio iudicis. hoc dicit cum. l. ſeq. Viuia.

d *Ad materias.* puta vaſa. vel verius dic tigna.

e *Exhibuerit.* maximè. nam & ſi exhibuerit, non purgat moram à defuncto commiſſam: vt. C. de contrahen. ſtip. l. magnam. Vel etiam poſt mortem defuncti factam: vt infra de nau. fœno. l. fin.

f *Vſuras.* pretij reddendi emptori, vel quas emptor præſtaret alij.

g *Poſſit.* & ſic vtrumq;: quia pretiũ pro rata materiæ nõ traditæ de quo non eſt dubiũ. Item pœnã, vt hîc. Item & vſurã quoque, vt hîc ſubiicit, in hac, &c. Et ſic eſt contra. s̃. eo. l. Iulianus. §. ibidem Papinianus. vbi pænæ ſtipulatio non valet vltra legitimum modum

a] Sequitur gl. Bart. & Pau.

c Idem. Alb.

c] Ibi manumiſit vt alterius ſatiſfaceret volũtati: hîc vt propriæ ſecũdùm Bart. & Pau. ibi.

* Sing tert. nec tã bene reperitur alibi quã hîc, ſecundum Pau.

† Sic Flo. rectè. quidam emẽdant, repræſentauerit, ex l. mulier. §. 1. ĩ. ad Trebell. ſed vtrũque rectum eſt.

modum vſurarum.hîc autem erat legitima vſura petita,& tamē dicit poſſe peti pœnam.Solu.ibi[a] ſtipulatio pœnalis fuit adiecta ſoluendæ quantitatis:hîc facto vel alij rei:nō quātitati ſoluēdę. Item not.hîc pœnā cōmitti totam:&tamen pro parte erat ſatiſfactum.ſic & infra de verb.oblig.l.in executionibus.§.pe. & dixi.ſ̃.fami.erciſ. l. heredes.§.in illa.

a] Sequitur iſtā ſolutio. Bart. hîc.

mutuatus [a]pecuniam,vſuras grauiſſimas expendit? Paulus reſpōdit, †Ex contractu de quo quæritur, etiam heredem venditoris in pœnam conueniri poſſe: [b]in actione quoque ex empto, officio iudicis poſt moram intercedentem, [c]vſurarum pretij [d]rationē haberi oportere.

† vulg.edit. eſt.l. 48 Ex contractu.

Vēditor tenetur emptori inſtrumenta per quæ iura fundi declarantur,oſtendere,cum expediens fuerit.Bar.

XLVIII. SCÆVOLA *libro ſecundo Reſponſorum.*

TItius heres Sempronij fundum Septicio vendidit [e]ita: *Fundus Sempronianus, quicquid Sempronij iuris fuit, erit tibi emptus tot nummis*: vacuamque poſſeſſionē tradidit: neque fines eius demōſtrauit.quæritur,an empti iudicio cogendus ſit oſtendere ex inſtrumentis hereditariis, quid iuris defunctus habuerit, & fines oſtendere. Reſpondi, id ex ea ſcriptura præſtandum, quod ſenſiſſe intelliguntur. quod ſi non appareat, debere venditorem & inſtrumēta fundi & fines oſtendere. [f]hoc etenim contractui bonæ fidei conſonat,

Qui decipit emptorem, ſupponendo colonum, hac actione tenetur ad intereſſe.Bar.

XLIX. HERMOGENIANVS *libro ſecundo Iuris Epitomarum.*

D Qui per colluſionem [g]imaginarium colonum circumueniendi emptoris cauſa ſuppoſuit, ex empto tenetur: nec defēditur, ſi quò facilius excogitata fraus occultetur,colonū, & quinquēnij penſiones in fidē ſuam recipiat. [h]

Quæ veniūt iudicis officio mercenario, principaliter peti nō poſſunt.h.d.facit.l.4. C.depo.Bar.

E Pretij ſorte licèt poſt moram ſoluta, vſuræ peti non poſſunt: cùm hę non ſint in obligatione, [i] ſed officio iudicis præſtentur.

Liberato vno ex contrahentibus ex diſpoſitione legali, alter effectualiter non tenetur. Item in contractibus nominatis habet locum condictio ob cauſam, ſi ex diſpoſitione legis non impleatur. Bartolus.

L. LABEO *libro quarto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

B BOna fides non patitur, vt cū emptor alicuius legis beneficio [k] pecuniam rei venditæ debere deſiſſet, antequam res ei tradatur, venditor tradere compelletur, & re ſua careret. poſſeſſione [l]autem tradita futurum eſt: vt rem venditor æquè amitteret: [m] vtpote cùm petenti [n]eam rem emptor exceptionem rei venditæ & traditæ obiiciat, vt perinde habeatur, ac ſi petitor [o]ei neque vēdidiſſt, [p]neque tradidiſſet.

Mora debitoris nō inſpicitur,cū etiam creditor eſt in mora.Bar.

LI. IDEM *libro quinto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

C SI & per emptorem [q]& venditorem mora fuiſſet quo minus vinum præberetur & traderetur,perinde eſſe ait, quaſi ſi per emptorem ſolum ſtetiſſet. [r] non enim poteſt videri mora †per vēditorem emptori facta eſſe, ipſo moram faciente emptore.

Vltima mora nocet: niſi dolus aduerſarij interceſſerit.Bar.

Quòd ſi fundum emiſti ea lege, vti des pecuniam Kalendis Iuliis: etſi [ſ] ipſis Kalendis per venditorem eſſet factum quò minus pecunia ei ſolueretur, deinde per te ſtaret quò minus ſolueres: vti poſſe aduerſus te lege ſua [t] venditorem dixi: [u]quia in vendendo hoc ageretur, vt quandoque *per emptorem factum ſit quò minus pecuniam ſoluat, legis pœnam patiatur. Hoc ita verum puto, niſi ſi quid in ea re venditor dolo fecit [x]

Qui vendit iura actionis, debet emptori inſtrumenta oſtendere cùm ſibi opus erit. Vel ſic: Vendi-

a *Mutuatus*.in alio caſu nō poſſet petere vſuras,ſed pœnam.Ac.

b *Poſſe*. & ſic vtrumque, quia pretium pro rata materiæ nō traditæ: de quo non eſt dubium.

c *Intercedentem*.i. quæ in traditione materiæ fuit facta.Sed quid petitur actiōe ex empto? Rñ. rei traditio vel intereſſe, in quo ineſt vſura quam emptor alij debet pro pretio mutuo[b] accepto. Sed nōne ad hanc tenebatur emptor etiam re tradita ſua die? Rñ. [c] fortè venditurus erat rem: & ſic pecuniam habiturus ſecūdum Azo.& nos ſequimur hîc ꝙ pretium repetet, & ſic agit ex empto vt non damnificetur.

b] Sequūtur hanc gl.Bar. & Pau. & in hoc iſte tex. non eſt alibi ſecundùm Bald.

c] Iſta eſt diuinatiua ſecūdū Pau.

d *Vſurarum pretij*. reddēdi emptori,vel quas emptor præſtaret alij.

T*Itius*.] CASVS. Vendidi fundum Sempronio. ipſe petit à me vt ſibi fundi fines oſtenderem, & inſtrumēta quæ ad ius illius fundi pertinent. vtrū ad hoc cogi debeam? Et rñ.quòd ſic.Viuia.

e *Vendidit*. in ſcriptis: vt patet.j̃.ex reſponſo.

f *Et fines oſtendere*. inſtrumenta ſunt oſtendenda, ſed nō tradenda:vt hîc, [d] &.j̃.eod.l. creditor. j. rñ. & C. de fideicom.l.inſtrumenta.&.ſ̃.famil.erciſcū.l. cæteræ.§.fin. Item no. ꝙ dicit hîc fines demōſtrari.Et ſic eſt contra.ſ̃.de cōtrahē.empt. l.cum ſeruo.§.fi. Solu. hîc venditor erat certus ex inſtrumentis:ibi non. Vel hîc confines, ibi vicinos. Vel ibi ſimpliciter vendidit: hîc ſic, [e] quicquid iuris &c.

d] Idē Bar. &P.

e] Quælibet poteſt eſſe bona ſecundū Bar. &P.

Q*Vi per*.] CASVS in prin. ponit hîc gloſſa.[PRETII.]Vēdidi tibi fundum pro decem.fuiſti in mora ſoluendi:& ſic teneris ad vſuras,puta in.v. ex officio iudicis.ſoluiſti poſtea ſortem. & dicit quòd nō petam vſuram:quia non poteſt durare officium quod eſt acceſſorium, ſublata principali actione ſortis.Viuia.

g *Qui per colluſionem*.Caſus eſt.Emptor dicebat, non habeo qui colat:& ideò nō emo.vēditor vt decipiat,dicit:ibi moratur quidā qui perpetuò ibi moraturus eſt.qđ quādoq; euenit.vt.j̃.loca. quæro.§.fi.cū ibi liber homo moretur nullo modo aſtrict⁹. Vel ſupponit[f] quendam colonum quem emptor non recepiſſet: & dixit:Vendo tali pacto,vt colonum qui ibi eſt retineas. emptor autem credebat de quodam alio qui ibi conſueuerat morari.

f] Vtraque lectura eſt bona,ſecundùm Alb. Bar. Bald. & P.

h *Recipiat*.venditor in fide ſua,vt moretur ille quem ſuppoſuerat:vel in fundo ſtare vel venire fecerat.Accur.

i *Obligatione*.vt C.depoſi.l.iiij.Accur.

B*Ona fides*.] CASVS Vendidi fundū minori, qui petit reſtitui. ad pretiū non tenetur. certè nec ego ad rem tradendā.Quid autē ſi tradidi? Dic, repetā ac ſi nō vendidiſſem.Vi.

k *Beneficio*.vtpote per in integ.reſti. vel ius[g] iniquum impetrauit.

g] Iſtud exēplum eſt verius, ſecundùm Alb.

l *Poſſeſſione*.id eſt non ſolū cogitur rē tradere: ſed traditam poteſt venditor repetere.

m *Amitteret*.i.reciperet oppoſita replicatione cōtra exceptionem rei venditæ & traditæ.

n *Cum petenti*.id eſt ſi venditor peteret.

o *Petitor*.i.emptor,qui fuit petitor quondam.

p *Neque vendidiſſet*.i. nō videtur neq; vēdidiſſe neque tradidiſſe, nam ſi non vendidiſſet neq; tradidiſſet, ſciret pretiū ſe non habere.

S*I & per*.] CASVS. Vēdiditibi vinum: fui in mora tibi tradēdi:tu etiā fuiſti in mora recipiendi.dicitur ꝙ mora cū mora cōpenſatur.[QVOD SI.]Vēdidi tibi fundū ꝑ decē & ꝓmiſiſti mihi ſoluere in menſe Iulij: ego vēditor ſum ī mora recipiēdi pecuniā. tu verò poſtea es in ſecunda mora ſoluendi. quæritur vtrū tibi noceat vltima tua mora: Et rñ. quòd ſic.Viuia.

† Sing. tex. ſecundùm Ia ī l. pretor § fi.j̃.de ope. no. nuntia.

q *Si & per emptorem*.[h] vt quia die quo tradi debuit, dixit venditor, nolo dare: & emptor dixit,nolo accipere.

h] Ang. 10. de Imo. & illuſtris doc. Frā. de Are. in.l.ſi ſeruū. in. princi.j̃. de verbo.ob. reputant iſtū tex. ſing. cum ſua gl. & gloſſa clare loquitur. Bolog.

r *Stetiſſet*. vt ſupra de peri.& cōmo. rei vendi.l.illud.j.reſpon.

ſ *Etſi*.i.quāuis.& ſunt hæc verba Labeonis.

* quādoque pro quādocūque.

t *Lege ſua*. id eſt vſuras petere.

u *Dixi*.ego Lab. & ſic poſterior mora nocet: vt.ſ̃.de peric.& cōmo. rei vē.l. antepen. &.ſ̃. de arb.l.Celſ⁹. circa fi.

x *Dolo fecit*. cum ſciebat[i] emptorem pecuniā habere, noluit recipere:poſtea verò cùm ſciuit non habere,petiit.Accur.

i] Gl. ſingu. iūcto tex. ſecundùm P.hîc.

C*Reditor*.] CASVS. Creditor cui fund⁹ tributarius obligatus eſt,& habet apud ſe inſtrumenta & cautiones quibus continetur ꝙ debitor ſoluit tributa: ſi poſtea ſum venditor, debet creditor exhibere illas cautiones quas habet,per act. ex empto. [ANTE DOMVM.]Titius habebat domū iuxta mare,& iuxta eam conſtituit aggeres, pilas ſeu columnas domui coniunctas: an cedant domui venditæ hæc quæ coniuncta ſunt ei? Rñ.quòd ſic.Cætera ſatis plana ſunt vſque ad finem titu.Viuia.

ff. Vetus.



UNED

a *A conductore.* qui dicitur publicanus.
b *In quo.* ſcilicet ſaltu.
c *Venit.* i. venditur.
d *Emit.* qui & prius emerat: ſed nunc ideò emit, quia credebat deberi tributa: & ideò publicanum vẽdere poſſe. Azo.
e *Exhibeantur.* vt ita ꝓbet ſe nõ teneri publicano ad pretiũ. & ſi ſoluit repetit: quia nulla fuit vẽditio à ſecunda: nõ tamẽ hic inſtrumenta tradet emptori: vt C. de fideicõ. inſtrumenta. quæ eſt contra. & dixi. s̃. e. l. Titius.

† Sing. text. ſecundũ Bal. in. l. ſi ea. C. de vſuris.

f *Teneri.* ſ. actione ex empto: cùm ſit marit⁹ quaſi emptor: vt C. de iure do. l. quotiẽs. & j̃. qui po. in pig. ha. l. qui balneũ. §. fi. ſed nec refert quo iure euincat̃, aliàs cõueniat̃. ſ. dominij, an hypothecæ: vt hîc fuit. & j̃. de euic. l. ſi mãcipiũ. §. ſi cõmuni. & §. fi. & l. ſeq. Sed videt̃ ꝙ maritus de euictione nõ agat. cũ enĩ habeat exceptionẽ ſi à muliere cõueniatur. j̃. æſtimationẽ fundi: ergo ipſe agere de euictione nõ debet: vt. j̃. ſol. ma. l. Mǫuia. §. fundus. quæ eſt cõtra. Sol. alterũ iſtorum qđ vult poteſt maritus facere, vel exceptionẽ obiicere, & de euictione non agere: vel cõtra de euictione agere, ſed exceptionẽ nõ obiicere. vtrũq; autẽ non poteſt: quia rẽ & p̃tiũ habere non debet: vt C. ſi ſer. extero emi ſe man. l. j.
g *Militia.* i. cuiuſdã redit⁹, ſiue prębẽdę. ADDITIO. Quãuis Iuſtinianus dicat militũ ſalariũ ex ſola principis liberalitate conſiſtere, cõſti. Nouel. liij. tamẽ hic de militia collegiorũ & corporũ intelligit, ſiue aduocatorum, qđ à corporibus & ciuitatibus debebatur.
h *Salarium.* i. reditus. ſiue præbenda.
i *Ab illa perſona.* puta à quodam comite vel barone.
k *Extraordinarias.* facit in auth. de exhi. & intro. reis. §. optimum. colla. v. & C. de pign. l. fin. Accurſius.
l *Conſtituit.* ſcilicet aliquis. Accurſius.
m *Veniret.* vt. s̃. eo. l. ſi vẽditor. §. fi. & j̃. de acquir. re. do. l. ergo. ſic & ĩ legato: vt. j̃. de leg.

tor tenetur exhibere emptori, cùm expedit, inſtrumẽta quæ pertinent ad fundum. Bartolus.

A

LII. SCÆVOLA *libro primo Digeſtorum.*

CReditor fundum ſibi obligatum, cuius chirographa tributorũ à debitore retrò ſolutorũ apud ſe depoſita habebat, vẽdidit Mæuio ea lege, vt ſi quid tributorum nomine debitũ eſſet, emptor ſolueret. idem fundus ob cauſam eorum tributorum quæ iam ſoluta erant, à conductore [a] ſaltus, in quo [b] idẽ fundus eſt, venit, [c] † cúmque idem Mæuius emit, [d] & pretium ſoluit. quæſitum eſt, an empti iudicio, vel aliqua actione emptor à venditore conſequi poſſit, vt ſolutionũ ſupraſcriptarum chirographa ei dentur. Reſpondit, poſſe emptorem empti iudicio conſequi, vt inſtrumenta de quibus quæreretur, exhibeantur. [e]

B

Si filia ſe abſtineat ab hereditate paterna, debet prædium dotale ab herede defendi. Bartolus.

C

Prædium æſtimatum in dotem à patre filiæ ſuæ nomine datum, obligatum creditori deprehenditur. quæſitum eſt, an filius qui hereditatem patris retinet, cùm ab ea ſe filia abſtinuiſſet, dote cõtenta, actione ex empto teneatur à creditore luere, & marito liberum præſtare. Reſpondit, teneri. [f]

Qui vendit militiam, tenetur actiones ſuas cedere. Bar.

D

Inter venditorẽ & emptorem militiæ [g] ita conuenit, vt ſalarium, [h] quod debeatur ab illa perſona, [i] emptori cederet. quæſitum eſt, emptor militiæ quam quãtitatem à quo exigere debet, & quid ex huiuſmodi pacto venditor emptori præſtare debeat. Reſpondit, venditorem actiones extraordinarias [k] eo nomine, quas haberet, præſtare debere.

Venditioni domus cedunt pilæ & columnę extra domum domui iunctæ. Bartolus.

E

Antè domum mari iunctam molibus iactis ripam conſtituit: [l] & vti ab eo poſſeſſa domus fuit, Caio Seio vendidit. quæro, an ripa, quæ ab auctore domui cõiuncta erat, ad emptorem quoque iure emptionis pertineat. Reſpõdit, eodem iure fore venditam domũ, quo fuiſſet prius quàm veniret. [m]

Qui vendit rem cum mercede debita, intelligitur debita venditori. Bartolus.

LIII. LABEO *libro primo* Πειθανῶν.

SI mercedem inſulæ acceſſurã eſſe emptori dictum eſt: quanti inſula locata eſt, tãtum emptori præſtetur. Paulus. Imò ſi inſulam totam vno nomine locaueris, & amplioris conductor locauerit, & in vendenda inſula mercedem emptori ceſſuram eſſe dixeris: id accedet, [n] quod tibi totius inſulæ conductor debebit. [o]

Vẽditioni fundi cedit ſepulchrũ, niſi ſit exceptum, vel aditum habeat ex publico. Bar.

B Si eum fundum vendidiſti, in quo ſepulchrum habuiſti, nec nominatim [p] tibi ſepulchrum excepiſti: parum habes eo nomine cautum. Paulus. Minimè, [q] ſi modo in ſepulchrum iter publicum tranſit.

Si in vẽditione excepta ſit habitatio, non intelligitur de habitatione vẽdentis, nec alterius ab eo cauſam obligatoriam nõ habentis. Bartolus.

C Si habitatoribus habitatio [r] lege vẽditionis recepta eſt: [ſ] omnibus in ea habitãtibus præter dominũ rectè recepta habitatio eſt. Paul⁹. Imò ſi cui in ea inſula quam vendideris, gratis habitationem dederis: & ſic receperis, *habitatoribus*, [t] * *aut quam quiſque diem conductum habeat*: parum caueris. [u] nominatim enim de his [x] recipi oportuit. itaque eos habitatores emptor inſulæ habitatione impune prohibebit.

D Venditor circa rem venditam tenetur de dolo & culpa: & ideò quãdo ante venditionẽ culpatur, poſt venditionem punitur. Bar.

LIIII IDEM *libro ſecundo* Πειθανῶν.

SI ſeruus quem vẽdideras, iuſſu tuo aliquid fecit, & ex eo crus fregit: ita demum ea res tuo periculo non eſt, ſi id imperaſti quod ſolebat ante venditionem facere: & ſi id imperaſti, quod etiam non vendito ſeruo imperaturus eras.
E Paulus. Minimè. Nam ſi periculoſam rem antè venditionem facere ſolitus eſt, culpa tua id factũ eſſe videbitur. puta enim eũ fuiſſe ſeruum, qui per catadromum † deſcendere, aut in cloacam [y] demitti ſolitus eſſet. Idem iuris erit, ſi eã rem imperare ſolitus fueris, quã prudens & diligens paterfamilias imperaturus ei ſeruo non fuerit. [z] Quid ſi hoc exceptum [a] fuerit? tamen poteſt ei ſeruo nouam rem imperare quã imperaturus non fuiſſet ſi(non) veniiſſet:

iij. vxorẽ. §. legauerat. & l. prædiis. §. j. & j̃. de ſerui. lega. l. j. ſic & ĩ alia qualibet tali cõceſſione: vt. s̃. ſi ſerui. vin. l. teſtatrix. §. fi. Accur.
n SI mercedem. *Id accedet.* ſcilicet tãtùm Ioannes.
o *Debebit.* nec aliud crẽdo Labeonẽ ſenſiſſe: vt j̃. tit. j. inſulã. licet largius intelligat Paulus eum dixiſſe.
p *Nominatim.* ſi nominatĩ excepi ſepulchrũ, etiam iter priuatũ excepiſſe videor: vt hîc, & s̃. de relig. l. ſi vẽditor. ſi tacitè, refert ſit iter publicũ, vt hîc: an non: & tunc obtinet. s̃. de contrahen. emp. l. in modicis. & l. quod ſi. Accur.
q *Minimè.* ſcilicet verũ eſt quod prædixit.
r *Habitatio*, ait Labeo. Et ſic no. hîc ꝙ in generali ſermone non cõtinetur perſona loquentis: vt ſupra de ſenato. l. j.

Perſona loquẽtis in generali ſermone non continetur.

ſ *Recepta.* aliàs excepta.
t *Habitatoribus.* verba pacti.
u *Parum caueris.* ergo aut, ponitur pro &: vt C. de verbo. ſigni. l. penulti.

* Sic Flo. in manuſcr. verò, habitationibus.

x *De his.* qui gratis habitant. Sed quid ſi ex donatione cõceſſerat, & tali ex qua tenetur de euictione? Reſpondẽ quod in habitatoribus. ſecus autem vbi precario conceſſeram. Accurſius.
y SI ſeru⁹. *Aut in cloacam.* aut, pro id eſt. nã catadromus dicitur curſus fluẽtium: à cata, quod eſt fluxus, & dromos, quod eſt currens. vnde hippodromus dicitur ſtabulum equorum currentium: ab hippos, quod eſt equus. & ideò illud de Cęſare dicitur ꝙ ipſe tertio die antè mortem ſuam intrauit hippodromũ ſuam: & inuenit aſturconem ſuum fluẽtem: quod fuit indiciũ mortis domini. & dicitur aſturco ab aſtu, & torqueo: & ponitur pro dextrario, qui torquet inimicos haſta.

† Intellige decurſionẽ ex machina aliqua fieri ſolitã aut potius funem protenſum, per quẽ hiſtriones ingrederẽtur, ſaltarent, ac decurrerẽt. Sueto. in Nerone ca. 11. Vide Alcia. lib. 1. parerg. ca. 20. & Bu. hîc.

z *Non fuerit.* plus ergo quàm in ſuis tenetur: vt & in viro: vt. j̃. ſolu. ma. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. Accur.
a *Exceptum.* ſ. à venditore ne imperet.

*Dirigenda.*

a *Dirigenda eſt*.vt ſi in culpa vel dolo fuerit,teneatur. aliàs non: vt inſti.eo.§.cùm autem.ſic & in ſociis:vt ſupra communi diui. l.communis ſeruus cùm.
b *Quæ vult*.vt &.š. de cōtra.emp.l. cōprehenſum erat.nō autē omnia:niſi dictū eſſet,ne nil adimeret:vt ar.š.e.l.ſi vēditor. quæ eſt cōtra. Alij,ꝙ ſec⁹ in peculio,qđ eſt quoddā totū, at dolia ſeparata.
c *Qualiacūque*. imo ſana debent eſſe acceſſoria:ſicut & principalia vēdita:vt.š.e.l.quicqd &.l.emptorē. §. ſi quis rē.quæ ſunt cōtra.Sol. hîc conuenit præſtari qualiacūq; ſunt:ibi verò nō. Itē ſecundū hoc nō eſt ſimiliter contra. ĵ.de ædil.edi.l. itaque. &.l.proinde. Præterea ibi plenius diſtinguitur in.l.proinde.
d *Præſtabit*.ſec⁹ ſi nulla ſunt:vt ibi:vt.š.e.l.ſi venditor.&.l.ſi quis cū fundū.&. l. quicquid. &.l.ſi venditor.
e S*I ſeru⁹.In hoſtiū*.ſecus ſi non noſter fuit, ſed ſēper hoſtiū: vt.ĵ.de ver.obl. l. liber homo.& inſti.eo. in fi. quæ eſt cōtra. ADDIT. Dic ꝙ illud qđ eſt hoſtiū, & nūquā fuit noſtrū,non poteſt vendi, nec per ſtipulationē ꝓmitti:vt ibi.ſecus ſi fuerit noſtrū: & hoc propter ſpem poſtliminij: vt.l.id quod.ĵ.de leg.j. ſecundum Barto.hîc.
f *Difficultatē*.quę difficultas præſtationis nō reddit ſtipulationē inutilem:vt.ĵ.de ver.ob. l.continuus.§.illud.
g *Suſtinēda*.i.differēda.

veluti ſi ei imperaſti vt ad emptorem iret, qui peregrè eſſet. nam certè ea res tuo periculo eſſe non debet. itaque tota ea res ad dolū malum dumtaxat & culpam venditoris dirigenda eſt.[a]

In obligatione generis ſubalterni,electio eſt debitoris.in obligatione cæterarū ſpecierū non cadit electio.h·d.quod n o. Bar.

B Si dolia octoginta accedere fundo quę infoſſa eſſent, dictum erit, & plura erunt quàm ad eum numerum, dabit emptori ex omnibus quæ vult,[b] dum integra det. Si ſola octoginta ſunt, qualiacūque[c] emptorem ſequentur: nec pro non integris quicquam ei vēditor præſtabit.[d]

Valet vēditio ſerui qui eſt apud hoſtes:& differtur præſtatio donec redeat. Bartolus.

LV. POMPONIVS *libro decimo Epiſtularum.*

C SI ſeruus qui emeretur vel promitteretur, in hoſtium[e] poteſtate ſit, Octauenus magis putabat valere emptionem & ſtipulationem: quia inter ementem & vendentem eſſet commercium. Potius enim difficultatem[f] in præſtando eo ineſſe, quàm in natura: etiam ſi officio iudicis ſuſtinenda eſſet[g] eius præſtatio, donec præſtari poſſit.

## LOCATI† CONDVCTI.

† lib.20. βασιλικῶν. tit. 2. Harmenop. lib.3. tit. 8. Sic Flor. rectè. perperā vulgo. locati & conducti.

### TITVLVS II.

D Contractus locationis ſimilis eſt emptioni: differunt tamen: quia in emptione & venditione principaliter venit traditio. In locatione & conductione principaliter venit factum. Bar.

LOCATI ET conducti.

*Locatio cōductio eſt negotiū ἀντίςροφον emptioni & vēditioni, quia ꝓximū & ſimile adeo vt emptionis, vēditionis et pretij verbo promiſcuè vtamur etiā in locatione, cōductione & mercede. Et eſt locatio cōductio, cōuentio nuda fruendi faciendíve aliquid certa mercede. Locator, qui dat aliquid fruendum vel faciēdum. Cōductor, qui accipit. Et locatori datur actio locati, cōductori cōducti. vtraque directa. Cuiacius.*

l.1.§ vlt.š. de cont. empt.

I. PAVLVS *libro trigenſimoquarto ad Edictum.*

LOcatio & conductio cū[h] naturalis ſit, &[i] omnium gētium:[k] nō verbis,[l] ſed conſenſu contrahitur, ſicut emptio & venditio.[m]

II. GAIVS *libro ſecundo Rerum Cottidianarum.*

E LOcatio & conductio proxima[n] eſt emptioni & venditioni: iiſdem iuris regulis conſiſtit.* Nam vt[o] emptio & venditio ita contrahitur, ſi de pretio conuenerit: ſic & locatio & cōductio contrahi intellegitur, ſi de mercede[p] conuenerit.

*Flo. conſtiti.

h L*ocatio & cōductio.Cū*.i.quia.
i *Et*.ꝓ id eſt.
k *Gentium*. ius enim gentium naturale dicitur:vt inſti.de iure nat. §.quòd verò.
l *Nō verbis*. id eſt verborum ſolemnitate,vt ſit neceſſaria, adeò vt mut⁹ interuenire poſſit:vt.ĵ.de ac.& obli.l in quibuſcunq;.& de reg.iur.vbi nō voce, ſenſum. vt ſubiicit.
m *Et venditio*.vt inſt.eo.in prin.& de cōtra.emp.in prin.
n L*ocatio & conductio proxima*. quo ad tractatum, & quo ad ff. Vetus.
A o *Vt*.ponitur pro ſicut.
p *Mercede*.ſcilicet in pecunia conſiſtente:vt dixi.š.depoſit.l.j. §. ſi quis ſeruum.
q *Vnum eſſe negotium*.hoc propter illos qui putabāt duo eſſe negotia,emptionē materię,& locationē operę: vt inſti.eo.§.item quęritur. & ſupra de contrahen.emp.l. Sabinus reſpon.&.l. conuenit mihi tecum. Accur.

Si pecunia præſtatur pro opera, dicitur cōtractus emptionis, etiā ꝓ re in qua præſtatur opera. ſi verò opera tantùm: dicitur cōtract⁹ locationis & conductionis. Pau.

Adeo autem familiaritatem aliquam habere videntur emptio & venditio, itē locatio & cōductio, vt in quibuſdā quæri ſoleat, vtrū emptio & vēditio ſit, an locatio & conductio: vt ecce ſi cum aurifice mihi cōuenerit vt is ex auro ſuo ānulos mihi faceret certi pōderis, certæq; formæ, & acceperit verbi gratia trecenta: vtrum emptio & venditio ſit, an locatio & conductio? Sed placet vnum eſſe negotium,[q] & magis emptionē & vēditionem eſſe. Quòd ſi ego aurum dedero, mercede pro opera conſtituta: dubium non eſt quin locatio & conductio ſit.

Æſtimatio facit in dubio emptionem: de qua materia gl. tāgit in.l.j.infra tit.j.Bar.

III. POMPONIVS *libro nono ad Sabinum.*

CVm fundus locetur, & æſtimatum inſtrumentum colonus accipiat: Proculus ait id agi, vt inſtrumentum emptum[r] habeat colonus: ſicuti fieret cum quid æſtimatū in dotē daretur.[ſ]

Voluntas morte finitur. Bar.

IIII. IDEM *libo ſextodecimo ad Sabinum.*

LOcatio, precariíve rogatio ita facta, quoad is qui eam locaſſet, dediſſétve, vellet: morte eius qui locauit, tollitur.[t]

Licèt remittatur penſio ex poſt facto, contractus tamen non reſoluitur: licèt ex eo agi poteſt ex vtraque parte. Pau.

V. VLPIANVS *libro vicenſimooctauo ad Edictum.*

SI tibi habitationem locauero, mox penſionē remittā: ex locato & cōducto agendū[u] erit.

Cōductor agit ad intereſſe cōtra locatorē, ſi ille qui ab eo conduxit, vti prohibeatur, inquantū ſibi obligat⁹ eſt, deducta mercede primo locatori debita. Pau.

VI. GAIVS *libro decimo ad Edictum Prouinciale.*

IS qui rem conduxerit, nō cogitur reſtituere id quod rei nomine furti actione conſecutus[x] eſt.

C*Vm fundus*.] CASVS. Locaui fundum, in quo erat plauſtrū ei deputatū: quod dedi colono æſtimatū. dicit quod videtur emere, quòd ſit ſuo periculo: ſicut ſi darem ſeruum in dotem æſtimatum. Viuianus.
r *Emptum*. & ſic acceſſio locationis, eſt vēditio: vt.ĵ.eod.l. quæro.§.fin.& facit Co.de iu.do.l.quotiens.
ſ *Daretur*. ſed dos pōteſt alio reſpectu æſtimari quādoque: vt C. de iur.do.l.ſi inter. idē & hic. Quid enim ſi ad annum tantum locentur? certè nō videt̃ æſtimatum vt ſit venditio.
t L*ocatio.Tollitur*. eſt enī cōditio perſonę adiecta: vt ĵ.de cōdi.& demon.l.ſi ita expreſſum. & eſt hoc verum, vt tātùm ſtet cōductor vſq; ad terminum pro mercede cōſtitutū: vltra nō. Acc.
S*I tibi*.] CASVS. Locaui tibi fundū ꝓ.l. tu alij eundem pro. lx. ſecundus cōductor cōpellitur à vero domino. cùm ego locator non fueram dominus: quæritur ad quid tibi teneor. & dicit, ad. lx. Secūdò in lege ſeq. reuocat in dubiū idem. & adhuc reſpon. idem. Tertiò dicit ꝙ in. lx. quæ à me petis, cōputo vel compenſo. l. quę mihi debes, ſi te habitare permiſero. Viuia.
u *Agendum*. pro reſtituēda: vt ſi malè cōductor in re fuerit verſatus. Item conductor aget vt ei frui liceat. Sed videtur nō agi aliquo modo ex contractu locatiōis: ſicut nec ex venditione vbi nullum eſt pretium: vt ſupra de cōtrahē.empt.l. ſi quis donationis.&.l. cum in vēditione. Sed hîc fuit ab initio contractus fact⁹ animo exigendi mercedem, ibi non. & de hac materia dixi.š.de pact.l.ſi conuenerit.
x I*S qui rem.Conſecutus*.idem eſt in commodatario: vt C.de furt. l.fin.§.ſed cū vſura.ſed ſecus in creditore: vt ſupra de pigne.

actio.l.ſi pignore.in princ.& eſt ratio diuerſitatis: vt ibi dixi.

a *Si tibi alienam. Quia ipſe.* ſcilicet tu.
b *Titio.* ſeruo. Accurſius.

c *Nos videamus ne.* id eſt an.
d *Sexaginta.* ſcilicet tantùm.

e *Nec quinquaginta.* ſcilicet ſola.

f *Intereſt.* ſcilicet ſecũdi: quod eſt quantũ intereſt tertij.

g *Conductione.* ſcilicet tertium.

h *Tantumdémque.* ſubaudi, & certè tãtum ad minus. plus enim eſſe poteſt quãdo prohibere poſſet, vel etiã quando ſciens alienum locaſſet: vt.ĩ.l. ſi fundus. &.l. qui inſulam. & incipit reſpondere.

i *Qui à ſe conduxit.* cui tenetur ad exonerationem mercedis pro rata: vel vt reſtituat ſi accepit, cùm primus locator dominũ prohibentem frui prohibere non poſſit. aliàs etiam vltra tenetur: vt infra eo.l.ſi fundus.in fi.&.l. qui inſulam.in princ.

* Vulg tantũ denique.

k *Emolumentum conductionis.* hic eſt ſenſus, prior cõductor cariorem habet conductionem ſiue habitandi cõmoditatẽ, quam ei pro mercede conſtiterit.& hoc patet per cõparationẽ maioris ſiue vberioris mercedis quam percepit qui conduxerit: & hæc computatio facit creſcere condemnationem vltra.l.

l *Habebit.* ſi nondum ſunt ſoluta: aliàs & illa & decem ad minus red det medio: vt.ſ̃. dixi.

*Si quis.*] CASVS Locaui tibi domum alienam, quam bona fide poſſidebam ab initio. poſtea ſciens alienam verus dominus te deiecit. ages contra me vt faciam cũ eo quòd tibi pmittat habitare: aut ſi facere non poſſum, teneor ad exonerationẽ mercedis: niſi ſim paratus aliã æquè bonam domũ dare ad habitandũ. Item dicit, ſi ille qui habet vſumfru.in fũdo, locauit eũ in quinquenium, & intra hoc tẽpus deceſſerit: nõ tenebitur heres fructuarij ad intereſſe, ſed ad exonerationem mercedis. ſic eſt in fundo & in ſeruo locato in quinquennium à fructuario. Si interim fructuarius fecit impenſas, nõ recuperat: quia potuit proſpicere id poſſe euenire. & hoc niſi fructuarius locauit vt dominus. Viuianus.

m *Locauerit.* cùm ſciret alienam.

n *Culpáque.* adhibita in euincendo: fuerit tamen adhibita in eo qui ſcienter rem alienam locauit.

o *Licere.* non autem ad exonerationem mercedis tantùm. & ſic eſt contra infra.e.l.ſi fundum.in fi.Sol. hîc ſcienter alienum locauit: ibi non: vt infra.e.l.& hæc diſtinctio.in fi.primi reſponſi.

p *Locatorem.* vt.ĩ.eo.l.cùm plures.j.reſpon.in fi.ſic &.ſ̃.de conſtit. pe.l. qui autem.§. quod ſi antè.&.ſ̃.de re.li.l.j.§.locum.& in hoc differt à venditore.

Si conductor re conducta vti prohibeatur: agit actione ex conducto ad intereſſe. hoc dicit. cum l.ſequen. Bartolus.

VII. PAVLVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

SI tibi alienam inſulam locauero quinquaginta, túque eandẽ ſexaginta Titio locaueris, & Titius à domino prohibitus fuerit habitare: agentem te ex cõducto ſexaginta conſequi debere placet: quia ipſe [a] Titio [b] tenearis in ſexaginta.

B

VIII. TRYPHONINVS *libro nono Diſputationum.*

NOs videamus ne [c] non ſexaginta [d] præſtanda nec quinquaginta [e] ſint, ſed quanti intereſt [f] perfrui conductione: [g] tantumdémque [h] *conſequatur medius, quantum præſtare debeat ei qui à ſe cõduxit: [i] quoniã emolumentum [k] cõductionis ad cõparationẽ vberioris mercedis cõputatũ, maiorẽ efficit condẽnationẽ. & tamẽ primus locator repetitionem habebit [l] quinquaginta, quę ab illo perciperet, ſi dominus inſulæ habitare nouiſſimũ conductorem nõ vetuiſſet. quo iure vtimur.

Si conductor non poteſt vti re conducta, poteſt agere vt ſibi frui liceat. locator verò liberatur præſtando intereſſe, vel æquè cõmodam habitationem. Barto.

IX. VLPIANVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

SI quis domum bona fide emptam, vel fundum locauerit [m] mihi, iſq́; ſit euictus ſine dolo malo culpáque [n] eius: Põponius ait nihilominus eum teneri ex cõducto ei qui conduxit, vt ei præſtetur frui quod conduxit licere. [o] Planè ſi dominus non patiatur, & locator paratus ſit aliam habitationem non minus commodam præſtare: æquiſſimum eſſe ait, abſolui locatorem. [p]

Si conductor deſinit poſſe vti re abſque culpa locatoris: ſit ei remiſſio mercedis. ſi verò culpa locatoris interuenit, ad totale intereſſe tenetur. h.d.Bar.no.iſtum.§. quia ſemper allegatur.

Hic ſubiungi poteſt, quod Marcellus libro ſexto digeſtorum ſcripſit, ſi fructuarius locauerit fundũ in quinquenium, & deceſſerit, heredem eius non teneri [q] vt frui præſtet: non magis quàm inſula exuſta teneretur locator conductori. Sed an ex locato teneatur conductor, vt pro rata temporis quo fruitus eſt, penſionem præſtet, Marcellus quærit: quemadmodum pręſtaret, ſi fructuarij ſerui operas [r] conduxiſſet, vel habitationem. [ſ] Et magis admitti teneri eum: & eſt æquiſſimum. Idẽ quærit, ſi ſumptus fecit in fundũ, quaſi quinquennio fruiturus, an recipiat. Et ait non recepturum: quia hoc euenire poſſe proſpicere [†] debuit. [t] Quid tamen ſi non quaſi fructuarius ei locauit, ſed ſi quaſi fundi dominus? Videlicet tenebitur. decepit enim conductorem. & ita imperator Antoninus cum diuo ſeuero reſcripſit.

C In exuſtis quoque ædibus, eius temporis quo ædificium ſtetit, mercedem præſtandam reſcripſerunt.

Valet pactum, quod quis teneatur de caſu fortuito. Bartolus.

Iulianus libro quintodecimo digeſtorum dicit, *ſi quis [u] fundum locauerit, vt etiã ſi quid vi maiore accidiſſet, hoc ei præſtaretur: [x] pacto ſtandum eſſe.

Qui permiſit innocẽtem ignem habere: ſi caſu fortuito oriatur incendium, non tenetur. Barto.

D Si collonis prædiorum lege locationis, vt innocentem ignem habeant, denuntiatum ſit: ſi quidem fortuitus caſus incendij cauſam intulerit, non præſtabit periculũ locator. [y] Si verò culpa locatoris, [z] quam præſtare neceſſe eſt, damnũ fecerit: [a] tenebitur. [b]

Iſte. §. legitur tribus modis: & breuiter hoc intẽdit: Pro tempore quo conductor non poteſt vti re: ſit remiſſio mercedis non ſolutæ: & ſoluta repetitur. hoc dicit. quælibet lect.glo. poteſt eſſe vera. teneas quam vis. Bartolus.

E Imperator Antoninus cum patre ſuo, cũ grex eſſet abactus, quẽ quis conduxerat, [c] ita reſcripſit: Si capras latrones citra tuam fraudem abegiſſe [d] probari poteſt, [e] iudicio locati caſum pręſtare non cogeris: atque temporis quod in-

q *Non teneri.* ad intereſſe, ſed ad pretij exonerationem: vt.ĩ.ſubiicit.

r *Operas.* hîc poteſt notari cõductorem operarum pro rata tantùm teneri, etſi ex parte locantis operas fortuitus caſus interueniat. Accurſius.

ſ *Vel habitationem.* ſcilicet domus quæ nunc exuſta ſit, vel defuncto fructuario ſeu habitatore finita ſit.

t *Proſpicere debuit.* hoc ſi locauit tanquam fructuarius: ſecus ſi tanquam dominus: vt ſtatim ſubiicit. Et not. hîc debere inſpici quod euenire poteſt: vt.ĩ. de dam.infec.l. qui bona. §.cùm inter.& infra ad Treb. Lucius.in.§.pen. &.ſ̃. ex qui. cau. ma.l. ſed & ſi per præ.§.ſi feriæ. & dixi de hoc ſupra de iuriſdict.om.iudicum. l. ſi idẽ. in fine. Accurſius.

† Cõcor.tex. in cano.cum Hadrianus. 63. diſt. tex. in cano. cõuenientibus 1.q 7 & glo. in cano in nomine domini 23. diſtin. Bolog.

u *Si quis.* aliàs.l.ſi quis. aliàs.§.Iulianus.

* In vulg. edit eſt l.10. Siquis fundũ

x *Ei præſtaretur.* ſcilicet cõductori à locatore. valet enim pactum quo quis recipit in ſe fortuitũ caſum: vt hic, &.C.de nego.geſt. negotiũ. & ſupra de pac. l.iuriſgẽtium.§. item ſi quis.&.ĩ.eo.item quęritur.§.ſi gemma. vel ecõtra locator cõductori, vt nõ exigat mercedem. nam & hoc valet: vt argu.ſ̃. depo.l.j.§. ſi conuenit.& hoc ſi ſpecificati ſunt: vt no.in.l. ſed & ſi quis.§.quæſitũ ſupra ſi quis cau.

Hic locus mendi ſuſpitione non caret.

y *Locator.* vt.ĩ.eodem. l.videamus.§.ſi hoc.

z *Locatoris.* id eſt cõductoris. ſed & propriè poni poteſt.

a *Fecerit.* ſcilicet fortuitus caſus.

b *Tenebitur.* ſcilicet cõductus.

c *Quem quis cõduxerat.* cauſa ſtercorandi agrũ, vel lactis, vel lanæ non autem cuſtodiendi.

d *Abegiſſe.* dicuntur abigei qui aliena ſurripiunt animalia, & abigere dicitur qui ſurripuit. ſic & in auth. de nupt.§.ſi igitur.colla.iiij.

Abigei qui dicantur.

e *Probari poteſt.* quaſi culpa contra eum præſumpta: argu. ſupra commo.l.eum qui.§.fin.Io.& ſecũdum hoc ponitur caſus quòd loquatur de caprario qui certam mercedem præſtabat, ſi ei permitteret

mitteret fructus gregis percipere vſque ad annum. & ſecundum hoc proſequere literam. Vel dic quòd loquitur locatori qui certam mercedem præſtitit caprario, ſi vſque ad annũ gregem ſeruaret. Si opponatur de.l.inferiori, qui operas.infra eo. Reſpon. quia hîc culpa caprarij abactæ fuerint. Vel dic tertio, retento eodem caſu, quòd loquitur caprario qui ſe teneri putabat ex caſu fortuito, vt mercedem reſtitueret. nã repetit condictione indebiti. ſicq; diuerſis modis litera cõcordat. Sed opponit̃ ſecũdũ duos vltimos caſus, quomodo quis ꝓbat ſe ſine fraude amiſiſſe: imò q̃ fraudẽ dicit, eam probet: vt j̃. de proba. l. quotiẽs. §. qui dolo. & de leg. ij. cum ita. §. ſpecies? Reſpõ. probat hîc eo ipſo ꝙ contrarium nõ probatur: vt. C. qui mi. nõ poſ. l. fi. ſecundum vltimos duos caſus. Alij dicũt quẽ debere probare ſe ſine culpa vel fraude perdidiſſe: vt hîc, & ar. C. de pig. ac. ſi nulla. & ſic dicũt creditorem hîc probare ſi dicat ſe pignus amiſiſſe. Tertij vt Bul. diſtinguunt: vt not. in. l. ſi creditor. C. de pig. ac. Caſum autẽ quis probet? dic ꝙ primò dolus vel culpa eſt probãda: deinde ille cõtra quẽ hæc probãtur, probet caſum: vt dixi s̃. de eden. ſi quis ex argẽtariis. §. penul. in fi.

Hinc politores agrorum, vt. l. 52. s̃. pro ſoc. Ant. Augu. lib. 4. cap. 9.

a *Recuperabis*. ſecundũ primum & tertium loquitur caprario, ſecundũ mediũ loquitur domino. Sed qua actione repetuntur? Reſpon. ex conducto actione, ſi prius eas ſolueras prorogãdo mercedẽ: vt. j̃. eo. ſed addes. §. ſi quis. ſed ſi poſt amiſſionem eſt ſolutũ, indebiti cõdictio competit: vt hîc dicit. ſed videtur ꝙ indebiti nũquam locum habeat: ſicut & ſi pater mulieris ſoluat genero dotem iam ſol. ma. quę non per condictionem indebiti, ſed pro dote actione repetitur: vt. j̃. ſol. ma. ſi pater ignorãs quæ eſt cõtra. Solu. ibi ſpeciale vt ceſſet condictio indebiti fauore dotis: vt. s̃. de condic. inde. cum is qui. §. mulier. Vel dic aliud in mercedibus, quæ non debentur niſi ratione temporis quo quis eſt fruitus: vt hîc. ibi verò dos debebatur adimpleta conditione contracti matrimonij, Item not. hic quem non præſtare caſum: vt hic, &. C. de pig. act. quæ fortuitis. &. s̃. pro ſocio. l. cum duobus. §. damna. Accur.

b *Culpæ*. vt ſupra ad legem Aquil. l. idem iuris. in fi. & inſti. ad. l. Aquil. §. imperitia.

c *Scripſit*. hoc caſu qui ſequitur.

d *Ex locato*. ratione futuri temporis: vt argu. s̃. tit. j. l. cui. licèt teneatur vt poſſeſſionem reſtituat: vt. C. eo. ſi quis conductionis.

e ET ego. *Rectè agam*. nõ ſolùm habebo exceptionem, ſed etiã &c. ſic ſupra de vſufru. quotiens. §. ſi colono.

f *Vel*. pro ſaltem.

ſecutum eſt, mercedes vt indebitas recuperabis. [a]

Imperitia culpæ annumeratur. Bartolus.

Celſus etiam imperitiã culpæ [b] adnumerandam, libro octauo digeſtorum ſcripſit. [c] Si quis vitulos paſcendos, vel ſarciendum quid poliendúmve conduxit, culpam eum præſtare debere: & quod imperitia peccauit, culpã eſſe: quippe vt artifex (inquit) conduxit.

Si res locata efficitur conductoris, poteſt agi vt à penſione liberetur. Bartolus.

Si alienam domum mihi locaueris, eáq; mihi locata vel donata ſit: non teneri me tibi ex locato [d] ob penſionem. Sed de tẽpore præterito videamus, ſi quid ante legati diem penſionis debetur. & puto ſoluendum.

x. IVLIANVS *libro* [*ſecundo*] *ad Ferocem*.

ET ego ex cõducto rectè agã [e] vel [f] in hoc, vt me liberes. [g]

Conductor tenetur locatori de aliis ſecum habitantibus, ſi in culpa fuerit, malos homines inducẽdo in domum. Bartolus.

XI VLPIANVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum*.

VIdeamus an & ſeruorũ culpam, & quoſcumque induxerit, præſtare conductor debeat, & quatenus præſtet, vtrum vt ſeruos noxæ dedat, an verò ſuo nomine teneatur: & aduerſus eos [h] quos induxerit, [i] vtrum præſtabit tantùm actiones, an quaſi ob propriam culpam tenebitur. Mihi ita placet, vt culpam etiam eorum quos induxit, præſtet ſuo nomine, [k] etſi nihil conuenit: [l] ſi tamẽ culpã in inducẽdis admittit, ꝙ tales [m] habuerit vel ſuos, vel hoſpites. & ita Põponius libro ſexagẽſimotertio ad Edictum probat.

Qui promiſit ne ignem habeat, tenetur qualitercunque habuerit. hoc dicit. Et eſt cõtra. l. ſi quis fundum. §. 1. j̃. eo. Sol. vt ibi. Barto.

Si hoc [n] † in locatione cõuenit, *Ignem ne habeto*: & habuit: tenebitur, etiam ſi fortuitus caſus admiſit incendium: quia non debuit ignem habere. Aliud eſt enim [o] ignem innocentem habere. Permittit enim habere, ſed innoxium ignem. Itẽ proſpicere debet con-
B ductor, ne aliquo vel ius rei [p] vel corpus deterius faciat, vel fieri patiatur.

Conductor tenetur reddere locatori poſſeſſionẽ rei locatæ abſque controuerſia, niſi culpa locatoris acciderit. Bartolus.

Qui vinum de Cãpania trãſportandum conduxiſſet, deinde mota à quodam cõtrouerſia, [q] ſignatum ſuo & alterius ſigillo in apothecam depoſuiſſet: ex locato tenetur vt locatori poſſeſſionem vi-
C ni ſine cõtrouerſia reddat, niſi culpa conductor careret.

Tenetur cõductor, ſi contra pacta locationis fecit. Bartolus.

Inter conductorem & locatorẽ conuenerat, ne in villa vrbana fœnum componeretur. cõpoſuit: [r] deinde ſeruus [ſ] igne illato ſe occidit. † ait Labeo teneri cõductorem ex locato: [t] quia ipſe cauſam præbuit [u] inferendo [x] cõtra conductionem. [y]

XII. HERMOGENIANVS *libro ſecundo iuris Epitomarum*.

D SEd & ſi quilibet extrane⁹ ignẽ iniecerit: damni * ratio iudicio locati habebitur.

Si conductor fuerit in culpa, tenetur: aliàs non. & hoc probatur per multa exempla vſque ad. §. Si in lege, &c. Bartolus.

XIII. VLPIANVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum*.

ITem quæritur, [z] ſi ciſiarius, id eſt carrucarius, dum cæteros tranſire contendit, ciſium † euertit, & ſeruum quaſſauit, vel occi-
E dit. Puto ex locato eſſe in eum actionem. temperare [a] enim de-

A g *Liberes*. pro futuro tempore.

h VIdeamus. *Et aduerſus eos*. ſcilicet liberos.

i *Induxerit*. in domum locatam.

k *Suo nomine*. nõ ergo noxaliter: vt. j̃. de pub. cũ ſi exhibuiſſent. & ſic eſt cõtra. s̃. nau. cau. ſtab. l. fi. §. hac autẽ actione. ſed hîc ĩ actione quæ eſt ex cõtractu: ibi ex quaſi maleficio. Item ſecus eſt econtra: quia locator dat ꝓ noxa cõductori: vt. j̃. e. ſi tibi domũ. quæ eſt cõtra. Itẽ no. ꝙ electio mala eſt ĩ culpa, vt in ſolidũ teneat̃: vt &. s̃. ad. l. Aquil. ſi ſeru⁹ ſeruũ. §. Proculus. &. §. ſi fornicari⁹. &. s̃. ſi mẽſor fal. mo. dix. l. iij. §. fin. &. s̃. de neg. geſt. l. nã & Seruius. §. fi. &. s̃. ꝓ ſoc. de illo. &. j̃. e. cũ ĩ plures. &. s̃. cõmo. l. eũ qui. & l. q̃ nõ tã. & l. ſi vt certo. §. ſed interdũ. & l. in rebus. Itẽ no. ꝙ tribus modis dicit̃ q̃s ĩ culpa. prim⁹, ſi nõ fecit quod diligẽs faceret. ſecũd⁹, ſi contra pactionẽ. tertius, ſi fuit in mora: vt probatur per legẽ iſtã & ſequentẽ & tertiam.

† i. domeſticos. ſic s̃. l. 2. d. off. Procõſ. βασιλικ. ὁμισθωτὸς τὴν ἀμέλειαν τῶν ἰδίων καὶ τῶν ξένων ἐπιστατῶν ἐχ.

l *Conuenit*. ſcilicet expreſſim de his.

m *Tales*. qui rem deteriorem faciunt.

n *Si hoc*. ſi, pro quamuis, nam culpa præceſſit caſum.

o *Aliud eſt enĩ*. reſpõdet tacitæ obiectioni ſuperioris. l. ſi quis domũ. §. ſi colonis. Acc.

p *Ius rei*. id eſt ſeruitutem patiatur amitti.

q *Controuerſia*. culpa ſua qui iam erat in mora reſtituendi.

r *Cõpoſuit*. ſ. cõductor.

ſ *Seruus*. ſ. cõductoris.

t *Ex locato*. nec liberatur volẽs noxę dedere: vt. s̃. eo. l. j. j. reſpon.

u *Præbuit*. incẽdio, vnde tenetur: vt &. s̃. ad. l. Aquil. ſi ſeru⁹. §. in hac.

x *Inferendo*. ſ. fœnum.

y *Conductionẽ*. i. pactũ in cõductione appoſitum: vt &. s̃. §. ſi hoc.

† In Vete. & meo manuſcr. legitur ſuccedit vt & in vul. ſed ad marginem mei manuſcr. adſcriptum eſt ſe occidit. P. quę adiectio docet ſic legi Piſis, q̃d & Taur. monet. puto tamẽ rectius eſſe, ſuccẽdit

* Flo damni locati habebitur ratio.

ITem quæritur.] CASVS eſt planus vſque ad §. duo. [DVO] Duo poſſunt in ſolidum locare eãdẽ rem, vt mercedes vterq; in ſolidũ debeat. [SI IN LEGE.] Locaui tibi codicẽ ad ſcribẽdũ & ad cõplendũ ad certũ diẽ, eo pacto vt ſi tunc nõ eſſet perfectus, liceret mihi relocare alij: & quod plus darẽ alij, mihi redderes poſtea locaui alij: & dedi plus: an repetã, quærit̃. Et reſpõ. ꝙ ſic, ſi poſt tẽpus conſimili ſcriptori locaui: nõ aliter. [QVI IMPLETO.] Locaui tibi fundũ in annũ pro. x. anno finito ſtetiſti in eodẽ: videris recõducere in aliũ annũ ſimili mercede idẽ ſi reſpub. vel fiſcus ſuũ prædiũ in annũ locauit. Sed quid ſi in quinquẽnium locaui ab initio? Et reſpõ. ꝙ ſi ſtetiſti poſtea, de anno in annũ videris recõducere: nõ de luſtro in luſtrũ. ſed in domo locata eſt ſecus: nã non intelligitur ſi cõduxit per annum, vt videatur reconducere ſtando vltra annum, ſed tantùm in tempore quo habitat, & non per annum. Vi.

† Ciſium genus eſt vehiculi biroti. Budæus hîc. vnde ciſiarius ductor ciſii.

z *Item quæritur*. quid iuris ſit. Ioan.

a *Temperare*. ſcilicet curſum & voluntatem ſuam.

a *Aquilia*. ſcilicet in factum.
b *Minturnas*. nomē ciuitatis, vel prouinciæ.
c *Nauem*. quam conduxit fortè. Accur.
d *Domino*. etiam idoneæ. naui imponendo: vt ſupra de vſu. & habi. l. fi. Accurſius.
e *Agendum*. erit: vt ſupra ad legem Rho. de iac. l. fi. §. ſi ea.
f *Actionem*. fuit enim in culpa: vt ſupra de rei vin. l. qui petitorio. §. culpæ.

† impoſuit. dedit.

g *Placuit*. quia culpa præceſſit caſu: niſi hoc à princ. ſit dictū: vt hic ſubiicit, &. ſ. cōmo. l. ſi vt certò. §. interdum.
h *Parum bene facienti*. id eſt nō bene facienti.
i *Aquilia*. ſ. teneretur.
k *Supra diximus*. vt. ſ. ad leg. Aquil. l. ſed & ſi quemcunque. §. fi. vna tamen intentata tollitur altera: vt. j. e. ſi vulneraueris.
l *Præcipiendi*. quod eſt neceſſe: vt. j. de iniur. l. illud relatum.
m *Erit*. ſimilis diſtinctio habetur &. ſ. ad legē Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi calicem. &. j. eo. l. fi. & facit. ſ. quod quiſque iuris. l. ij.
n *Niſi periculum*. id eſt caſum fortuitum. ſic & ponitur. ſ. e. ſi quis domum. §. ſi colonis. &. §. ſi quis vitulos. propriè tamen dicitur periculū quod culpa contingit: vt. j. eo. l. opus. Vel dic hîc periculū propriè, ſi qualis qualis culpa interueniat: vt. j. e. & hęc diſtinctio. j. reſpō. &. l. opus. §. quod verò.

* Idem ferè Alexandro magno accidiſſe ait Plutarchus in eod. vide Ant. Aug. lib. 1. c. 7.

† Quem caſtigationis modum ſeruare præceptores oportet, pulchrè Quintilian' li. 1. Inſtit. orat.

* Fl. de Aquilia ſupra dix.

o *Cauere*. & in locum tutiorem transferre: vt & arg. j. de dam. infec. l. vtique.
p *Etiam ſi ignarus*. quia cū errauit in ſuo facto, nō eſt probabilis ignorantia: vt. j. eo. ſed addes. §. j. &. ſ. ad Vell. l. quanquam.
q *Migrauit*. i. de colonia diſceſſit. ſic accipitur. j. de migrando.
r *Non denuntiauit*. No. quem teneri denuntiare: vt in auth. vt li. ma. & aui. §. ſi verò contra imperium. col. viij. Itē no. quē debere reſiſtere vi, vt ſubiicit, &. j. ſi ven. no. mu. l. dolo. & infra ad Sil. l. j. §. occiſorum. aliàs autē ſi non potuit reſiſtere vi, conductor nō tenetur: ſed ei merces pro rata dimittit: vt hîc ſubiicit,

Denuntiare quis tenetur

Huc refer illud Perſij, Fregerit heminas Arreti Ædilis iniquas. Idem Iuuen. ſatyr. 14.

buit. Sed & vtilis Aquilia [a] dabitur. Si nauicularius onus Minturnas [b] vehendum conduxerit: & cum flumen Minturnenſe nauis ea ſubire non poſſet, in aliam nauem [c] merces transtulerit, eáq; nauis in oſtio fluminis perierit: tenetur primus nauicularius. Labeo ſi culpa caret, non teneri ait: cæterùm ſi vel inuito domino [d] fecit, vel quo non debuit tempore, aut ſi minus idoneæ naui † tūc ex locato agendum. [e] Si magiſter nauis ſine gubernatore in flumen nauem immiſerit, & tempeſtate orta temperare nō potuerit, & nauem perdiderit, vectores habebunt aduerſus eum ex locato actionem. [f] Si quis ſeruum docendum conduxerit, eúmque duxerit peregrè, & aut ab hoſtibus captus ſit, aut perierit, ex locato eſſe actionem placuit: [g] ſi modo non ſic conduxerit, vt & peregrè duceret. Itē Iulianus libro octageſimoſexto Digeſtorum ſcripſit, ſi ſutor puero parum bene facienti [h] forma calcei tam vehementer ceruicem percuſſerit, vt ei* oculus effunderetur, ex locato eſſe actionem patri eius. Quāuis enim magiſtris leuis caſtigatio † conceſſa ſit, tamen hunc modum nō tenuiſſe. Sed & Aquilia: [i] * vt ſupra diximus. [k] Iniuriarū autē actionem competere Iulianus negat: quia non iniuriæ faciendæ cauſa hoc fecerit, ſed præcipiendi. [l] Si gemma includenda aut inſculpenda data ſit, eáque fracta ſit: ſi quidē vitio materiæ factum ſit, non erit ex locato actio. ſi imperitia facientis, erit. [m] Huic ſententiæ addendum eſt, niſi periculum [n] quoque in ſe artifex receperat. tunc enim etſi vitio materiæ id euenit, erit ex locato actio. Si fullo veſtimenta polienda acceperit, eáque mures roſerint, ex locato tenetur: quia debuit ab hac re cauere. [o] Et ſi pallium fullo permutauerit, & alij alterius dederit: ex locato actione tenebitur, etiam ſi ignarus [p] fecerit. Exercitu veniente migrauit [q] conductor: dein de hoſpitio milites feneſtras & cętera ſuſtulerunt. Si domino non denuntiauit, [r] & migrauit, ex locato tenebitur. Labeo autem, ſi reſiſtere potuit, & non reſtitit, teneri ait. quæ ſententia vera eſt. ſed & ſi denuntiare nō potuit, non puto eum teneri. Si quis menſuras conduxerit, eáſque magiſtratus frangi iuſſerit: ſi quidem iniquæ fuerunt, Sabinus diſtinguit, vtrum ſcit conductor, an nō. Si ſcit: eſſe ex locato actionem. ſi minus: non. quòd ſi æquæ ſunt, ita demum eum teneri, ſi

culpa [f] eius id fecit ædilis. & ita Labeo & Mela ſcribunt. Duo rei locationis in ſolidum eſſe poſſunt. [t]

Exceſſus in mercede dicitur tūc, quando eſt eiſdem pactis facta vtraque locatio. Bartolus.

Si lege operis locandi comprehenſum eſſet, vt ſi ad diem effectum non eſſet, relocare [u] id liceret: non aliàs prior conductor ex locato tenebitur, quàm ſi eadem lege [x] relocatū eſſet. Nec antè relocari id poteſt, quàm dies efficiēdi prætériſſet.

Iſte. §. diuiditur in tres partes. Primò loquitur in prædio ruſtico. Secundò, in prædio vrbano. Tertiò imponitur quædam limitatio circa prædia. Secunda ibi, in vrbanis. Tertia in. l. qui ad certum. Item prima ſubdiuiditur: quia primò ponit vnum dictum. Secundò illud limitat. Tertiò illud extendit dictum. Quartò illud dictum declarat. Secunda ibi, ſed hoc ita. Tertia ibi, eadem. Quarta ibi, quod autem. In ſecunda ſubdiuiditur: quia primò ponitur dictum. Secundò exceptio. Secūda ibi, niſi in ſcriptis. & hoc intendit: Si conductor poſt tempus remanet in prædio ruſtico, videtur in annum renouata conductio & pignora eiuſdem. ſecus ſi alterius. in prædio verò vrbano, quatenus habitauerit, renouata videtur, niſi in ſcriptis primò conductio celebrata fuerit: vel niſi dominus poſſe conſentire deſierit. Bart.

Qui impleto tempore conductionis remanſit: in conductione: non ſolùm reconduxiſſe videbitur, ſed etiam pignora videntur durare [y] obligata. Sed hoc ita verum eſt, ſi nō alius pro eo in priore conductione res obligauerat. huius [z] enim nouus conſenſus erit neceſſarius. [a] Eadem cauſa erit & ſi reipublicæ [b] prædia locata fuerint. Quod autem diximus, taciturnitate vtriuſque partis colonum reconduxiſſe videri: ita accipiendum eſt, vt in ipſo anno quo tacuerunt, videantur eandem locationem renouaſſe: non etiam in ſequentibus annis, etſi † luſtrum fortè ab initio fuerat conductioni præſtitutum. [c] Sed & ſi ſecundo quoque anno poſt finitum luſtrum nihil fuerit contrarium actum: eandem videri locationem in illo anno permanſiſſe. hoc enim ipſo, quò tacuerunt, cōſenſiſſe [d] videtur. & hoc deinceps in vnoquoque anno obſeruādum eſt. In vrbanis autē prædiis alio iure vtimur, vt prout quiſque [e]

&. j. e. l. ſi fund'. in fi. & l. habitationis. §. j.
ſ *Si culpa*. fortè ſi ædilibus eūtibus in viā rē locotam inuenerūt: vt ar. ſ. de pericu. & commo. rei ven. l. lectos.
t *Eſſe poſſunt*. iure iſto: vt hîc, &. C. e. ſi diuiſa. §. j. &. j. eo. l. cùm apparebit. & infra de duo. re. l. eadem. Sed hodie eſt contra, niſi actū ſit: vt in auth. de duo. re. §. j. colla. viij.
u *Relocare*. id eſt præſtare ei quantum daret pro ſecūda locatione. & ponitur hic caſus. j. e. l. ea lege. Alij dicunt, vt Ir. primū conductorem promiſiſſe pœnā ſi non faceret intra certum diem: quæ pœna non committitur, niſi alij relocetur ſimilibus pactis: & ſic apparet cō ductorem non eſſe deceptum: ſed tūc ageretur ex ſtipulatū, nō ex locato: vt hîc dicit.
x *Eadem lege*. i. ſi eadē qualitate & quantitate & menſura relocaret, qua & priori locauerat: ſecundū Bul. & Io. vel fortè leuiori. item vt alij faciēdum daret, non ipſe faceret: vt. j. de fideiuſ. ſtipulatus.
y *Durare*. ſi ſunt coloni. ſi autem extranei, non ſic: vt hîc ſtatim ſubiicit. Accurſius.
z *Huius enim*. ſcilicet extranei. Accurſius.
a *Neceſſarius*. vt. C. e. l. ſi cum Hermes. & infra de iure do. l. ſtipulatio. Accurſius.
b *Reipublicæ*. vt quia prędiū reipublicæ cuidam colono eſt locatum. Accurſius.
c *Præſtitutum*. non tamen niſi in annum videtur facta relocatio: vt hîc dicit.
d *Conſenſiſſe*. not. tacētem videri cōſentire: [a] vt hîc, & infra de preca. l. in rebus. in fi. l. & C. de vſu. l. quāuis paſſa. & infra ſolu. ma. ſi mulier. & inſt. de codi. §. nō tantùm. &. j. qui. mo. pig. vel. hypothe. ſol. ſicut. §. nō videtur. &. ſ. de mor. inſe. ſi ꝑpius. in fi. &. j. ad munici. quotiens. &. j. e. l. cùm in plures. §. locator. &. C. de ædi. pri. l. an in totum. &. ſ. de tri buto. l. j. §. ſcientiam.
e *Prout quiſq;*. hæc verba, prout quiſque, exponūtur tribus modis: & primò vt in nullū tēpus videatur reconduxiſſe

a] Facit ad hoc cap. qui tacet. extra de reg. iur. in. 6. vbi etiā per Dyn. & do. Ioan. And. in Mercurialibus.

† l. ſi quis nec. ſ. ſi cert. pet. & ibi Bud.

xiſſe.Secundò,vt in id tãtum in quo habitauit poſtea. Tertiò, vt in id totum quo habitauerit ex primo:vt tunc reſpiciat exceptionem,niſi in ſcrip.&c.& dic vt tunc in totũ primum.Secundò vel ſolùm quò poſtea. Tertiũ vel in nullum. Addo quartũ, vel ſicut in ruſtico.Ex prędictis autẽ collige tria:& quatuor.Primò ex tribus redde excipiendo de quatuor primũ, ſecundum & vltimũ.Secundò,primum & tertium & vltimum.Tertiò, quæ ſunt tria poſt primum, ſecũdum Io. Hanc notulã Io.ab illo loco tria & quatuor, ſic expone: Tria ſunt, ſcilicet primò dicta vſque illuc, & tunc, &c. Secũdum quæ exponitur,prout quiſque,&c. ſed quatuor quæ ſunt ab inde vſque illuc, ex prædictis,&c. ſecundũ quæ quatuor expone exceptiones quæ ſunt in text. niſi in ſcriptis, &c. hoc modo, quatuor ſcilicet ſunt quorum quodlibet poteſt poni in exceptione. nã & ſi verbũ illud, prout quiſq;, &c. exponatur ſecũdum primũ modũ de trib⁹, duo alij modi ponuntur in excipiendo.ſi exponatur ſecundo modo,excipitur primus & tertius modus. Si verò tertio modo, duo primi ponunť excipiẽdo:addiť & quartum in quolibet:vel ſicut in ruſtico. Secunda placet. & not. ꝙ tãtùm valet facere exceptionẽ de duobus ex tribus addito, vel ſicut in ruſtico, quãtum excipere tria ex quatuor. Quinto etiã modo poſſunt exponi illa verba, niſi in ſcriptis,&c.ſ. quãdo in ſcriptis certum tempus comprehẽſum eſt: niſi aliud dictum eſt:vt ſit idem ſicut in ruſtico.ſed Iaco. dixit, ſexto, id eſt vbi primus contractus fuerit in ſcriptis. quod non placet:vt.ſ.de pac.l.pactũ. Vel dic ſeptimo,niſi in ſcriptis, id eſt niſi iterum conducat.Item quid ſi prima locatio fuerit minus anno in ruſtico?Reſpon.adhuc dico ſecundum Azo.videri in annum. ſecus in vrbanis:vt dicit.ſed quare ſecus?Reſpon. quia non eſſet vtile minus anno in ruſticis,cùm ſemel in anno colligantur fructus in ruſticis:ſed in vrbanis etiã vna die eſſet vtile. Item quod ſi in ruſticis tantùm biennio vel quinquẽnio percipitur fructus, tamen ſemel videtur intantum reconduxiſſe, & non in annum ſolum.Vel quid ſi bis in anno videtur reconductio in minus anno:arg.infra ſol.mat.diuortio.§.qui in anno.&.§.item ſi locatio. ſed durum eſt ab hac.l.recedere.item quid de mobilibus?Reſpõ. non ſic, ſed finito tempore facit furtum, niſi credat dominum permiſſurum:vt infra de fur.inter eos.§.rectè. &.l. qui re cõmodata.& ſic in nullum tempus videtur reconduxiſſe.

†Fl. conductioni.

a Qui ad certum.Colonus eſt.id eſt durat alia tranſlocatio:vt infra.l.proxi.

b In fundo.poſt tempus finitum.

c Locare.vt & ſupra.l.proxi.in fine.

d Contractus.ſcilicet locationis tacitæ.

e Et ideo.quia exigitur cõſenſus ſaltẽ tacitus:ideo,&c. vt hîc,& j.de preca.l.certè in princ.&.j.de op.leg.ſi tibi.§.vnius.Accur.

f Interim.id eſt antè conductionem finitam.

g Non poſſe.imò videtur in tacito conſenſu furioſus conſentire: vt.j.ſolu.ma.l.ij.§.pe.ſolu.ibi ſpeciale propter patrem.

habitauerit,ita & obligetur:niſi in ſcriptis certum tempus cõductione † comprehenſum eſt.

XIIII. IDEM *libro ſeptuagenſimoprimo ad Edictum.*

Qui ad certum tempus cõducit, finito quoque tempore colonus eſt. [a] Intellegitur enim dominus cùm patitur colonum in fundo [b] eſſe, ex integro locare. [c] Et huiuſmodi contractus [d] neque verba neque ſcripturam vtique deſiderant,ſed nudo cõſenſu conualeſcunt.Et ideo [e] ſi interim [f] dominus furere cœperit, vel deceſſerit: fieri non poſſe [g] Marcellus ait, vt locatio redintegretur:& eſt hoc verum.

In actione ex conducto veniunt ea quæ hac lege exprimũtur. Bar.

XV. IDEM *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

Ex conducto actio conductori datur. competit autẽ ex his cauſis ferè, [h] vt puta ſi re quam conduxit, frui ei non liceat:fortè quia poſſeſſio ei aut totius agri aut partis non præſtatur, aut villa non reficitur, [i] vel ſtabulum, vel vbi greges eius ſtare oporteat. vel ſi quid in lege conductionis conuenit,ſi hoc non præſtatur,ex cõducto agetur.

Propter caſum contingẽtem in fundo vel fructibus antequam ſeparẽtur à ſolo,fit remiſſio mercedis ſi damnũ eſt incurabile: ſecus ſi contingit in fructibus iam collectis.Item vbertas vnius anni cũ ſterilitate alterius compenſatur. Bartolus.

Si vis tẽpeſtatis calamitoſæ contigerit,an locator conductori aliquid pręſtare debeat, [k] videamus. Seruius omnem vim cui reſiſti nõ poteſt, dominum colono præſtare debere ait:vt puta fluminum, [l] graculorum, [m] ſturnorum, & ſi quid ſimile acciderit,aut ſi incurſus hoſtium fiat.Si qua tamẽ vitia

B ex ipſa re oriantur,hęc damno coloni eſſe:veluti ſi vinum † coacuerit: ſi raucis [n] *aut herbis ſegetes corruptæ ſint. Sed & ſi labes † facta ſit, omnémque fructum tulerit, damnum coloni non eſſe: ne ſupra damnũ ſeminis amiſſi mercedes agri præſtare cogatur. Sed & ſi vredo [o] fructum oleæ corruperit,aut ſolis feruore non adſueto id acciderit: damnum domini futurum. Si verò nihil extra conſuetudinem acciderit: damnum coloni eſſe. Idémque dicendum,

C ſi exercitus præteriens per laſciuiam aliquid [p] abſtulit. Sed & ſi ager terræmotu ita corruerit, vt nuſquam ſit:damno domini eſſe. oportere enim agrum pręſtari cõductori, vt frui [q] poſſit. Cùm quidam incendium fundi [r] allegaret,& remiſſionem deſideraret, ita ei reſcriptum eſt: Si prædium coluiſti, [ſ] propter caſum incẽdij repentini nõ immeritò ſubueniẽdum tibi eſt.

Nota hîc,quòd verba accipiun-

D tur ſecundũ naturam contractus: & ſic verba debẽt intelligi ſecundum ſubiectam materiam. ſimile in.l.damni infecti.in princip.infra de damno infecto. &.l. ſi ſtipulatus.infra de vſuris.Bartolus.

A h Ex conducto.Ferè.quia & ex aliis cauſis cõpetit: veluti ſi quis in eam rem impenderit.

i Reficitur.ad quod tenetur locator.ſecus autem in fructuario & vſuario, quibus dominus non tenetuŕ: vt ſupra de vſufruct. ſed cùm fructuarius.§.j. & de vſu & habitatione. l.ſi domus.Accur.

k Præſtare debeat.vt eũ ſcilicet exoneret à præſtatione mercedis:non vt dominus ad intereſſe teneatur: vt infra.l. proxi. §. vbicumq;. ſic intelligitur.C.e.l. excepto.Accur.

l Fluminum. aliàs fluminis. aliàs fluminum. Accurſius.

m Graculorum. genera auium ſunt.

n Raucis.id eſt ſpinis. ADDITIO. Imò verò raucæ ſunt vermes terreni: de quibus plura hîc Budæus in priori. ann. ad Pandectas. Cæterum ſunt qui hic ruſcis legendum putent, nec malè meo iudicio. Porrò quid ſit ruſcum, facilè quiuis vel ex lexicis didicerit.

o Sed & ſi vredo. id eſt ventus vrens fructus. Accurſius.

p Aliquid.modicũ. ſ. alioquin contra: vt. ſ. prox.§.ſi vis. & ad hoc C.de iure emphy.l.j.& infra de dam.infec.l.inter quos.§. dãni. in fin.

q Vt frui.aliàs vt frui. & tunc plana eſt litera: vt.ſ.ea.l.in princ. aliàs tolli. & tunc ſubaudi, ſcilicet fructus ex eo.

r Fundi. id eſt fructus fundi.

ſ Coluiſti. ideo dicit ſi coluiſti: quia ſi nõ coluiſti, ſtatim teneris ad intereſſe.vnde licèt ſuperueniat incẽdiũ,non decreſceret obligatio: arg.j. de ædil. edic.iuſtiſſimè.§.fi.&.j.e.l.ſi prius.Vel fortè ſubaudiẽdum eſt,maximè. nam ſuperueniens incendiũ excuſat:vt arg.j.quod vi aut clam.ſi alius.§.& alia.Vel ideo quia ſi non coluiſti, fructus non percepiſti:& ſic comburi non poſſent,cùm non eſſent.

PAPINIANVS.] CASVS. Locaui tibi fundũ in.v.annos. in vno fuit ſterilitas:& ſic remiſi mercedem illius anni.In ſecundo anno ſuperfuit vbertas. dicit quòd debes mihi reſtaurare pro præcedenti anno,etiam ſi in remittendo fui vſus verbo donationis,di-

E cendo,dono tibi mercedem huius anni propter ſterilitatẽ. ſecus econtra ſi vltimus annus eſt ſterilis, & præcedentes vberes. nam ſi remiſi pro vltimo,ſciens vbertatem præcedentium,nõ poſſum poſtea petere reſtaurari. [CVM QVIDAM.] Propter ſterilitatem fit remiſſio,non propter hoc quòd habeat minus ſolito, habet tamen ſufficienter. [ITEM.] Quidam procurator Cæſaris, vel etiam homo priuatus conduxit nauem à nauta, vt in ea merces portarentur: poſtea nauta non nauigat. dicit quòd reddat mercedem.[VBICVMQVE.]Locaui tibi fundum: fructus non percepiſti.refert an propter ſterilitatem: & tunc teneor tantùm ad remiſſionem mercedis:& damnum ſeminis eſt coloni.an propter hoc quòd ego vel alius à quo te defendere potui,nõ permiſit te vti:& tunc ad omne intereſſe teneor. [INTERDVM.] Licèt actio locati competat ad mercedem,tamen quandoque competit ad id ſolùm vt liberetur locator à rei præſtatione.& de hoc ponit exemplum in.l.ſeq.Viuianus.

†Plim.li 18. nat. hiſto. cap.17.

* rũcis quidam legendũ cenſent. vnde rũcare verbum, quo verbo vſus eſt Cato libro de re ruſt. cap. 2. Colu. lib. 2. cap. 9. & Plim. li 18. cap.21. Alciat. lib. Parerg. 7. cap. 5. erucis legẽdum putat.

† vide Bud. hîc.

a *Si vno*.aliàs.§.Papi.& aliàs.l.ſi vnò.

*)In vulg. editione eſt lex.ſi vno.17.

b *Etiam eius*.non ſolùm vberioris,ſed etiam, &c.vt hîc, &. C.e. licet.&.j. de annuis lega.l. legatum.§.vini phalerni. Sed quæro, quando ſterilitas dicatur?dicunt quidam,quando ſemen non eſt inde perceptum:vt.s.ea.l.§.ſed & ſi labes.&.j.ea.l.§.vbicunque. ſed Io.dicit, īſpici vulgi opinionē.Itē dicunt recōpenſari,quãdo bis tãtum habuit quàm ſolitus erat habere : vt ſi ſolitus erat habere. xx. & habet. xl. ſed Io. dicit,tunc quando tantū habuit in ſequenti, vt cōpēſatione facta neutra dicatur ſterilis: vt ſi ſolit⁹ erat habere. xxx. ſi habet.xv.non eſt ſterilis. pone ergo ꝙ in vno anno nihil habitū eſt : in ſequenti anno. xxx.habita ſunt:tūc ergo petitur merces.

hic incipit l. Si in vno

Papinianus libro quarto Reſponſorum ait: In vno a anno remiſſionem quis colono dederit ob ſterilitatem, deinde ſequentibus annis contigit vbertas nihil obeſſe domino remiſſionem: ſed integram penſionem etiam eius b anni quo remiſit,exigēdam.Hoc idem & in vectigalis c damno reſpondit. Sed & ſi verbo donationis dominus ob ſterilitatem anni remiſerit,idem erit dicendū:quaſi non ſit donatio, ſed tranſactio. d Quid tamen ſi nouiſſimus erat annus ſterilis, in quo ei remiſerit? Verius dicetur, etſi ſuperiores vberes fuerunt,& ſcit e locator:nō debere eum ad computationem vocari.

Licèt ſterilitas tribuat remiſſionem,ſecus tamen in exiguitate fructuum.

Cùm quidam de fructuum exiguitate quereretur,non eſſe rationem eius habēdam, reſcripto diui Antonini continetur. f Itē alio reſcripto ita cōtinetur:Nouã rem deſideras, vt propter vetuſtatem vinearum remiſſio g tibi detur.

c *In vectigalis*. id eſt in damno prędij pro quo vectigal præſtatur reipublicæ:vt hîc,&.j. de cēſi.l.forma.circa prin. ibi,illam æquitatē,&c.

Verba quãdoque cōtra propriã ſignificationē accipiuntur.

d *Sed tranſactio*.id eſt à petitione receſſio. Et ſic not.hîc, ex qualitate contractus verba accipi contra propriam ſignificationē: vt hîc, &.j.e.l.in lege.

e *Et ſcit locator*. ſcilicet vbertatē præcedentium:quo caſu videtur donare, & ideo nō debet vocari ad cōputationē: vt hîc ſubiicit.ſ. vt cōputet vbertatē ſuperioris anni cum ſterili:in quo anno penſionē remiſit:ſecus autē ſi dominus ignorauit vbertatē præcedentiū annorū : quod facilè potuit euenire. tunc enim donare non videtur,nec renūtiare cōputationi : ſicut nec pro futura libertate,niſi indiſtinctè recipiatur computatio.

f *Continetur*.niſi eſſet paſſus ſterilitatem:vt.s.eo.l. proxi.§. ſi vis.

Cōmodum quis reportare nō debet vnde puniendus eſt.

g *Remiſſio*.cum debeat colere & propagare vt bonus paterfamilias:& ideò non debet habere commodum de quo puniēdus eſt : vt ſupra de neg.geſt.l.ſiue hereditaria.

h *Repeteretur*. id eſt exigeretur vt redderet.

i *Procuratorem*.qui nauem conduxerat.Accurſius.

k *Perſonis*.non ſolum in procuratore Cæſaris. repetitur ergo vectura à nauta,ex quo nō nauigauit caſu fortuito impeditus . Sed contra.j.eo.l.pe.§.nauem.Sol.ibi culpa conducentis nauem rupta fuit nauis,vt quia illicitas merces intulit,& eius facto etiam dominus nauis naue caruit : hîc autē nulla fuit culpa conductoris. meritò ergo mercedē hîc repetit ſecundum Ir. Vt autē plenè circa hoc habeas, dic ſecundum Azo. ꝙ locat quis quandoque res,quandoque operas,quãdoque rem & operã. Cùm rem ſuam locat,ſiue ſtetit per eum, ſiue per caſum fortuitū ex ipſius parte contingentē,quò minus conductor re vtatur, tenetur actione ex conducto.ſed in primo caſu,ſcilicet cùm per locatorem ſtetit,agitur ad intereſſe,in quo etiam lucrum continetur . Vel ad pœnam quam præſtari rupta fide couentionis placuit, ſi conductor penſionibus paruerit, & vt oportet coluerit : nec in re locata malè verſatus fuerit:vt.C.e.l.æde.&.l.ſi de fundo.&.s.eo.l.ex conducto.&.j.eo.l.quæro.§.inter.&.j.hac.l.§.vbicũque.ibi,planè&c. &.j.e.l. ſi fundus.ibi, nã ſi colonus &c.&.l.ſi in lege.§. colonus. In ſecundo autem caſu,ſcilicet ꝙ per caſum fortuitum vt penſio pro rata remittatˀ,vel reddatur : veluti ſi ædes locatæ exuſtæ fuerint,vel ager terræmotu corruerit:vt.s.eo.ſi quis domum in fin. &.l.ex conducto.§.j &.j.eo.l.ſed addes.§. ſi quis. & hac.l.§.vbicumque.&.l.qui inſulam.§.ædilis.Idem eſt ſi locator rem ex neceſſitate demolitus eſt,ſcilicet locatam, vel propriis vſibus probauerit neceſſariam,vel conductor iuſti timoris gratia migrauerit:vel frui ab eo prohibeatur, quē locator propter vim maiorē aut potentiam eius prohibere nō poteſt: vt. j. eo.l. qui inſulam. &.l.ſi fund⁹.&.l.perinde.&.l.& hæc diſtinctio.&. l. habitatores. &.C.eo.l.æde.ſi verò ſtetit per conductorem,vel per caſum fortuitum ex eius parte contingentē quò minus re locata vtatur,ſolidam penſionem præſtare cogitur:vt.j.eo.l. colonus.§. nauem. Cùm autē quis operas ſuas locat,vel rem & operã, nec per eum ſtat quò minus eas ſoluat,ſed per cōductorē, licèt caſu fortuito impeditū:mercedē totius tēporis cōſequetur: vt de ſcriptore dicitur:& de eo qui mancipia vehenda conduxit:& de herede aduocati,à quo non repetitˀ ſalariū : quia per eū nō ſtetit quò minus cauſam ageret:vt.j.de var. cog.l. j. §. diuus Seuerus.&.j.e. l. ſed addes. §.cū quidã. &. l. qui operas.&.l.ſi fundus, & s.ad leg. Rho. de iac.l. ſi vehenda. Si verò ſtetit per locatorem quò minus operas præſter, vel per caſum fortuitū in ſua perſona contingentem,tenetur in primo caſu ad intereſſe.In ſecundo vt penſionem remittat, vel reddat ꝑ rata tēporis quo eas nō præſtitit : vt dicitur de eo qui munere vehēdi functus non eſt : vt.C. loc.l.ſi hi.& in hac.l.§. item cum quidē. &. C. de condic.ob cau.l.aduocationis.Ir.Si opponatur quòd caſus fortuitus nō debet in bonæ fidei iudicio venire : poteſt dici non venire, ſcilicet vt teneatur locator operarū ad intereſſe:nec petere poteſt ſolidam penſionem: quia caſus fortuitus non debet conductori nocere,& prodeſſe locatori. Dicet quis, & nonne venditor etiam ſi res vendita caſu fuit amiſſa,pretium cōſequitur ? ergo & iſte mercedem:licèt caſu fuerit impeditus præſtare operas ? Reſpon.aliud eſt in venditore qui certat de damno vitando. nam ſi non haberet pretium,damnum rei ſuæ pateretur. locator autem certat de lucro,cum nihil de ſuo amiſerit: arg. infra de condit. & demonſt.l.Titio fundus. §. j. Item videtur contra quod eſt infra de var.& extraordi.cog.l.j.§.pe.& de ſtatuli.l.cum heres.§. antepe?Reſpon.ſpeciale eſt in libertate,& in aduocatis.nec ob. huic. §.quod dicitur.C.de condic.ob cau.l.pe.quia vt.s.dictum eſt,loquitur cùm contingit caſus in conductore:ſecus in locatore:arg. C.de condic.ob.cau.da.l.ſi militem.Item cōtra videtur:s.de condit.ob cau.da.ſi pecuniam.j.reſpon.ibi,& cum per te non ſtetit, &c.Reſpon.illud dicit diſputando. eſt enim alia ratio repetendi, quia non eſt ſecutum id propter quod dedi.vnde etſi non ſit contractus in quo liceat pœnitere,dabitur tamē repetitio:vt.j.e.l.ſi. &.l.ſi pecuniã.§.j.Item videtur contra.s.de condic.ob cau.da.l. iij.§. ꝙ ſi Stichus. Sed ibi contingit caſus non in manumittente, ſed in manumittendo.vnde diſtinguitur fuerit in mora,vel non. Item pro hoc eſt.s.ad.l.Rho.de iact.qui leuãdæ.§.ſi vehenda.& in ea.l.arg.cōtra.§.ſi ea. Vel dic(quod eſt verius) vbicũque tantū operas,vel rem & operas loco,vel ex innominato contractu aliquid pro ſpecie facere conueni : ſi caſu fortuito impedior vel in mea vel in alterius perſona, vel quocũque modo cōtingēte, nihilo minus mercedē vel cōuentã rem perſequi poſſum,niſi culpa vel mora mihi poſſit imputari.nã leges in hoc cōſonare vidētur: vna tamē videtur aduerſari cū diuiſione modica:vt.s. de condic. ob cau.da.l.ſi pecuniã.§.ſed vbi.hoc ſi tale ſit impedimentum,vt nullo modo poſſit decætero operari quod conuenit . ſi verò ad tempus eſt impeditus, ſuppleat in ſequēti quod in tempore præcedenti non potuit:quia ſaltem hodie faciendum eſt, niſi pœniteat eum cui erat faciendum.quod autem de pœnitentia dico,ad contractum innominatum tantùm referendum eſt.ADDIT.Not. ex hac glo.ſecundum Bal.hîc,ꝙ ſi ille qui debet præſtare operas, eſt impeditus certo tēpore,poteſt ſupplere alio tempore, & totam mercedem conſequitur,niſi operæ deberentur ex contractu nominato : & pœniteret eum cui operæ ſunt præſtandæ. Circa quod vide quod no.Azo in ſumma.C.eo.

Locationis genus triplex.

Subtilem materiã habet iſte. §. & breuiter.h.d. Caſus contingens ex parte locatoris, propter quem impeditur vſus cōductoris, inducit repetitionē mercedis.h.d. Primò loquitur in quodam caſu ſingulari.Secundò ipſum vniuerſaliter extēdit ad omnes. Secũda ibi, quod in omnibus. & in tota iſta materia appello cōductorē illum qui dat pecuniam: locatorem illū qui dat operas, vel præbet vſum rei:vt.l.1.§.ſi quis ſupra depoſiti.B.

Item cùm quidam naue amiſſa vecturam quam * pro mutua acceperat,repeteretur: h reſcriptum eſt ab Antonino Auguſto,non immerito procuratorem i Cæſaris ab eo vecturam repetere,cùm munere vehēdi functus non ſit.quod in omnibus perſonis k ſimiliter obſeruandum eſt.

*Sunt quidam qui legant quam pro inuecto nauta accipiat, &c. Taurellus in meo manuſcr. eſt. quam pro inuecto acceperat,ſed ad marginē eſt adſcriptum pro mutua, Piſis.

Propter caſum conductor non poteſt agere ad intereſſe, ſed ad exonerationē mercedis:ſecus ſi facto ſuo vel culpa impeditur.Bal.

Vbicunque tamen remiſſionis

Supra

a *Supra relatis.* vt ſupra proxi. §. ſi vis.
b *Suprà.* ſ. in. §. ſed & ſi labes. &. l. proxi.
c *Quaſi procurator.* ſciẽs ſe non eſſe procuratorem: vt. ꝟ. eo. l. & hæc diſtinctio. ꝟ. reſpon.

* Sic Flo. & in manuſc. ſine negatione.

d *Quod intereſt.* ſi verus dominus prohibeat. Azo.
e *Ex locato.* id eſt ex conducto.
f *Liberetur.* vnde videtur agendum ex locato vt locator à locatione liberetur, id eſt à rei præſtatione.
g *In quo lucrum.* vt & C. arbi. tu. l. quicquid.

*Sed addes* ] CASVS in hoc textu ſatis eſt clarus, niſi in. §. fin. in quo ſic pone: Locauit ſcriptor operas ſuas in annũ cuidã ſcolari: deinde deceſſit ſcholaris antè annũ. reſpõ. habebit nihilominus ſcriptor mercedem totius anni, ſi non ſtat per eũ, & ſi alij eaſdem operas non locauit. Viuia.

h *Interfuit.* facit ad hoc ſ. de act. empt. l. Iulianus. ſ. ſi quis colludẽte. & de dolo. l. ideóq;. &. ꝟ. pro empto. l. qui fundũ. §. procurator.
i *Excuſata.* hoc ſpeciale in vaſe locato, vt omne intereſſe veniat etiã extra rem. ſecus in vẽditione: vt. ſ. de act. emp. l. Iulian⁹. in prin. &. l. ſi ſterilis. §. cũ per venditorem. &. l. tenetur. in prin. Item aliud in commodato: vt. dixi ſ. commo. in rebus. §. item qui ſciens. Accur.
k *In quo herba mala.* vt peſtifera: vt. C. de ædil. act. l. pe. ſed cur aliter? Reſpon. quia in doliis ignorare non debuit. in paſcuis verò iuſtè potuit ignorare. nam quæ facilius ſciri poſſunt, ſi ignorentur, grauius coercentur.

† In hãc legem multa Budæus hic in prioribus annota. ad Pandectas.

l *Ex locato.* id eſt iure locationis ex conducto. Vel dic, id eſt ex conducto.

* Facit ad hunc. §. ca. cum ſit ars. cũ gl. ſuper verbo, deprehendi. extra de æta. & qualitate.

m *Et prælum.* id eſt inſtrumentum cum quo premitur.
n *Et trapetũ.* i. inſtrumentum trabibus conſtructum & funibus.
o *Si minus.* id eſt ſi nõ ſunt inſtructa.
p *Reficere.* vt. ſ. de act. empt. l. fundi. in princ. cõtra. Sol. ibi in vẽditione: hîc in locatione.
q *Regulis.* id eſt tabulis.

ratio habetur ex cauſis ſupra relatis: [a] non id quod ſua intereſt conductor conſequitur: ſed mercedis exonerationem pro rata. Suprà [b] denique damnum ſeminis ad colonũ * pertinere declaratur. Planè ſi fortè dominus frui non patiatur vel cùm ipſe locaſſet, vel cùm alius alienum, vel quaſi procurator, [c] vel quaſi ſuum: quod intereſt, [d] præſtabitur. & ita Proculus in procuratione reſpondit.

Pupillus reſtitutus vt adeat, agit vt à locatione defuncti liberetur ſi res alij locata erat: ſed contra tutorem habet regreſſum, ſi fuit in culpa abſtinendi. hoc dicit cum. l. ſequen. Bartolus.

Interdũ ad hoc ex locato [e] agetur, vt quis locatione liberetur, [f] Iulianus libro quintodecimo Digeſtorum ſcripſit: vtputa Titio fundum locaui, íſque pupillo herede inſtituto deceſſit: & cùm tutor conſtituiſſet abſtinere pupillum hereditate, ego fundũ pluris locaui: deinde pupillus reſtitutus eſt in bona paterna. ex conducto nihil amplius eum cõſecuturum, quàm vt locatione liberetur. mihi enim iuſta cauſa fuit locandi:

XVI. IVLIANVS *libro quintodecimo Digeſtorum.*

Cvm eo tempore in pupillum actiones nullæ darentur.

XVII. VLPIANVS *libro trigeſimoſecundo ad Edictum.*

Tvtelæ tamen cum tutore iudicio (inquit) agetur, ſi abſtinere non debuit.

XVIII. IVLIANVS *libro quintodecimo Digeſtorum.*

In quo inerit etiam hoc, quod ex cõductione fundi lucrum [g] facere potuit.

XIX. VLPIANVS *libro trigeſimoſecundo ad Edictum.*

Sed addes † hoc Iuliani ſentẽtiæ, vt ſi colluſi ego cum tutore: conducto tenear in id quod pupilli interfuit. [h]

Qui locat vaſa vitioſa ſcienter vel ignoranter, ad totum intereſſe tenetur. in aliis rebus diſtinguitur ſciens ab ignorante. Bartolus.

Si * quis dolia vitioſa ignarus locauerit, deinde vinum effluxerit, tenebitur in id quod intereſt: nec ignorantia eius erit excuſata. [i] & ita Caſſius ſcripſit. aliter atque ſi ſaltum paſcuum locaſti in quo herba mala [k] naſcebatur. hîc enim ſi pecora vel demortua ſunt, vel etiam deteriora facta, quod intereſt pręſtabitur ſi ſciſti. ſi ignoraſti, penſionem non petes. & ita Seruio, Labeoni, Sabino placuit.

Locator fundi tenetur præſtare colono inſtrumenta fructuum liquidorum quærendorum cauſa neceſſaria: niſi aliter actum ſit. Bartolus.

A Illud nobis viddeum eſt, ſi quis fundum locauerit, quæ ſoleat inſtrumenti nomine cõductori pręſtare: quæque ſi non præſtet, ex locato [l] tenetur. Et eſt epiſtula Neratij ad Ariſtonem, dolia vtique colono eſſe pręſtanda, & prælum [m] & trapetum [n] inſtructa funibus. ſi minus, [o] dominum inſtruere ea debere: ſed & prælum vitiatum dominum reficere [p] debere. Quòd ſi culpa coloni quid eorum corruptum ſit, ex locato eum teneri. Fiſcos autem quibus ad premẽdam oleam vtimur, colonum ſibi parare debere Neratius ſcripſit. Quòd ſi regulis [q] † olea prematur, & prælũ, [r] & ſuculam, [ſ] & regulas, & tympanum, & trochleas quibus releuatur prælum, dominum parare oportere. Item aënum in quo olea calida aqua lauatur, vt cætera vaſa olearia, dominum præſtare oportere: ſicuti dolia vinaria, quæ ad præſentem vſum [t] colonum picare * oportebit. Hæc omnia ſic ſunt accipienda, niſi ſi quid aliud ſpecialiter actum ſit.

B

C

Poteſt ſolui vna quantitas pro alia, ſi hoc dictum ſit, & ſub æſtimatione eius quod dictũ eſt. Bar.

Si dominus exceperit [u] in locatione vt frumenti certum modum certo precio acciperet, & dominus nolit frumentum accipere, neque pecuniam ex mercede deducere: poteſt quidem totam ſummam ex locato [x] petere: ſed vtique conſequens eſt exiſtimare, officio iudicis hoc conuenire, habere rationem D quanto conductoris intererat, in frumento potius quàm in pecunia ſoluere penſionis exceptam portionem. Simili modo & ſi ex conducto agatur, [y] idem erit dicendum.

Si inquilinus oſtium, vel quædam alia ædificio adiecerit: quæ actio locum habeat? Et eſt verius (quod Labeo ſcripſit) competere ex conducto actionem, vt ei tollere liceat: [z] ſic tamen, vt damni infecti caueat: ne in aliquo dum aufert, deteriorem cauſam ædium faciat, ſed vt priſtinam faciem ædibus reddat.

Locator tenetur præſtare commoditatem inquilino ad aſportandum res quas ipſe induxit in domum, ſi commodè aſportari poſſunt ſine damno domus: aliàs tenetur cauere de damno infecto. hoc dicit. cum. §. ſeq. Pau. de Caſt.

E Si inquilinus arcam æratam [a] † in ædes contulerit, & ædium aditum coanguſtauerit dominus, verius eſt ex cõducto eum teneri, [b] & ad exhibendum actione, ſiue ſcit, ſiue ignorauerit. [c] Officio enim [d] iudicis continetur, vt cogat eum aditum & facultatem inquilino præſtare ad arcam tollendam, ſumptibus ſcilicet locatoris.

Ad repetendum penſionem ſolutam antè tempus, ſi conductor non poteſt frui re, competit actio ex cõducto, non condictio indebiti, ſed ad repetendum ſolutum plus quàm debeatur per errorem, competit indebiti cõdictio. hoc dicit. Pau. de Caſtro.

Si quis, cùm in annum habitationem conduxiſſet, penſionem totius anni dederit: deinde inſula poſt ſex menſes ruerit, vel incendio cõſumpta ſit: penſionẽ reſidui tẽporis rectiſſimè Mela ſcripſit ex cõducto actione repetiturũ, [e]

r *Prælum.* i. preſſoriũ.
ſ *Suculã.* id eſt torcular, ſic dictum quia ſuccum oleарũ recipit. & hęc quę ſequũtur, ſunt ſimilia inſtrumenta.
t *Vſum.* id eſt ſunt neceſſaria. Accurſius.
u *Si dominus exceperit.* id eſt conuenerit.
x *Ex locato.* cùm non ſit ipſo iure ſublata.
y *Agatur.* pro tali intereſſe.
z *Tollere liceat.* vel ſi tolli non poteſt, id impenſas agitur ea actione: vt infra eo. dominus. §. in conducto. nõ autem vindicat: vt ſupra de rei vindi. l. habitator aliter autẽ in fructuario qui non tollit infixa ſed refixa ſic, ſiue euulſa: vt ſupra de vſufru. l. ſed & ſi quid inædificauerit. in princ.

† In hunc locum Plin. naturalis hiſt. lib. 15. cap. 6. & 7.

a *Cameratam.* id eſt habentem tres cameras. hoc dicit vt denotet eius magnitudinem.
b *Eum teneri.* ſcilicet dominum inquilino.
c *Ignorauerit.* locator illatam eſſe arcam.
d *Officio enim.* ſeruiente actioni: non quia ſit extra eam.
e *Repetiturum.* nam ſi non dediſſem, agerem vt liberarer.

* vinum picare & dolia picare quid ſit vide Plin. lib. 14. cap. 20. & malè hic vul. legit Colono parare. D.

† vulg. cameratam, id eſt arcuatam & conformicatã camera enim fornix eſt.

a *Condictionem.* ſcilicet indebiti.
b *Nihil deberi.* nec pro mortuis in naui: vt ſupra ad le. Rho. de iac. l. fin. in princ.
c *Magna.* de paruis enim impendiis non eſt curandum: vt hic, & infra de impen. in re. do. fa. l. omnino. Accurſius.

dis nomine. non ſoluiſti pretium: agam ex locato ad mercedem. cætera ſunt plana. Viuianus.
p *Ex locato.* ſcilicet ſi res vendita ſit hoc pacto vt pecunia non ſoluta res fiat inempta, & merces certa ſoluatur.
q *Locatio.* interueniente mercede in pecunia: vt infra de præſcript. ver. l. naturalis. §. j. & ſupra depoſi. l. j. §. ſi quis ſeruum.

d *His.* vt puta ſedibus & cameris in naui. Ac.
e *Nauigantium.* id eſt eorum qui in naui feruntur. Accurſius.
f *Cùm quidam exceptor.* quia excipiebat, id eſt redigebat aliqua ĩ ſcriptis, expenſas fortè, vel geſta, vel diſtinctiones quas colligebat à magiſtro alio dictante.
g *Ad libellum.* id eſt preces in libello inſertas.
h *Non ſtetiſſe.* ſed per caſum fortuitũ in perſona conductoris contingentem. Accurſius.
i *Solueres.* id eſt exhiberes.
k *Aequum eſt.* vt. C. de condict. cau. da. l. pe. & infra de leg. j. legatum. §. j. & infra de var. cognit. l. j. & infra eo. qui operas. Sed cõtra ſupra eod. l. ex conducto. §. item cum quidam. Solue vt ibi. [P A P I N I A N V S.] C A S V S. Poteſtas Bono. deceſſit intra tempus adminiſtrationis. ſalarium dabitur aſſeſſoribus ſuis eius anni poteſtariæ, niſi ſteterint cum aliis in eodẽ tempore Accurſius.
l *Reſidui.* poſt mortẽ legati, modò ſi nõ, &c. & .ſ. de offi. aſſeſ. l. diẽ. Idem ſi eſſe poterãt, ſecundum Io. quia tunc ſtetiſſe videntur.

S *Icut.* [I N T E R D V M L O C A T O R.] Vendidi tibi fundum pro. c. ſoluendis hinc ad annũ. interim locaui fundum eidem emptori. fundus periit. non tenetur remittere mercedem, neque facere vt poſſit frui: & ſic ego nõ ſum obligatus: ſed conductor mihi ſic. & ſimilis caſus eſt infra. l. proxima. Viuianus.
m *Sed donationis.* ſicut nec emptio: vt. ſ. de cõtrahen. emp. ſi quis donationis. Accurſius.
n *Interdum.* & ſic claudicat contractus: vt. ſ. manda. l. poteſt. & . J. de act. emp. l. Iulianus. §. antepe. Accurſius.
o *Exoluat.* nõ eſt enim obligatus locator idémque venditor ad exonerationem mercedis ſi res perierit: quia poſt perfectam emptionem omne commodum & incommodum ſpectat ad emptorem. & facit. infra eo. l. proxi. nec ad rem tradendam vt frui poſſit. Accurſius.

* Flo. proficeret.
† Flo. prorogauit.
* In vulg. eſt l. 22. Diem functo. l. 4. §. de offic. adſeſſ. vide. l. 38.

non quaſi indebitum condictu-rum. Non enim per errorem dedit plus, ſed vt ſibi in cauſam conductionis proſpiceret.* Aliter atque ſi quis cùm decem conduxiſſet, quindecim ſoluerit. hic enim ſi per errorem ſoluit, dum putat ſe quindecim conduxiſſe: actionem ex conducto non habebit, ſed ſolam condictionem.[a] Nam inter eum qui per errorem ſoluit, & eum qui penſionem integram prærogauit, † multum intereſt.

Infante nato in naui, penſio nõ debetur. hoc dicit. Bartolus.

Si quis mulierem vehendã naui conduxiſſet, deinde in naue infans natus fuiſſet: probandũ eſt, pro infante nihil deberi:[b] cùm neque vectura eius magna[c] ſit, neque his[d] omnibus vtatur, quæ ad nauigantium[e] vſum parantur. Ex conducto actionem etiã ad heredem tranſire, palam eſt.

C

Caſus contingens in perſonam conductoris, eum non liberat à mercede, niſi locator alij ſuas operas locet. hoc dicit. Bartolus.

Cùm quidam exceptor[f] operas ſuas locaſſet, deinde is qui eas conduxerat deceſſiſſet: imperator Antoninus cum diuo Seuero reſcripſit ad libellum[g] exceptoris in hęc verba: Cùm per te non ſtetiſſe[h] proponas quò minus locatas operas Antonio Aquiliæ ſolueres:[i] ſi eodem anno mercedes ab alio non accepiſti, fidem contractus impleri æquum eſt.[k] Papinianus quoque libro quarto reſponſorum ſcripſit,* diem functo legato Cęſaris, ſalarium comitibus reſidui[l] temporis præſtandum, modò ſi non poſtea comites cum aliis eodẽ tempore fuerunt.

Si venditor locat rem venditam emptori quoad pretium ſoluatur, ſolus conductor obligatur. hoc dicit cum. l. ſequen. Barto.

XX. P A V L V S *libro trigenſimotertio ad Edictum.*

S Icut emptio, ita & locatio ſub conditione fieri poteſt: ſed donationis[m] cauſa contrahi non poteſt. Interdum[n] locator non obligatur, conductor obligatur: veluti cùm emptor fundum con-ducit, donec pretium exoluat.[o] †

XXI. I A V O L E N V S *libro vndecimo Epiſtularum.*

C Vm venderem fundum, conuenit, vt donec pecuniam omnis perſolueretur, certa mercede emptor fundum cõductum haberet. an ſoluta pecunia merces accepta fieri debeat? Reſpondit, Bona fides exigit, vt quod conuenit, fiat: ſed non amplius præſtat is venditori, quàm pro portione eius temporis quo pecunia numerata non eſſet.

XXII. P A V L V S *libro trigenſimoquarto ad Edictum.*

I Tem ſi pretio non ſoluto inempta res facta ſit, tunc ex locato[p] erit actio. Quotiens autem faciendum aliquid datur, locatio[q] eſt.

Si loco opus ædificandum in ſolo meo de materia conductoris, dicitur locatio: licèt in me transferat proprietatem ſuæ materiæ: non autem emptio. Paulus.

Cùm inſulam ædificandam loco,[r] vt ſua impenſa conductor omnia faciat: proprietatem quidem eorum ad me transfert, & tamen[ſ] locatio eſt. Locat enim artifex operam ſuam, id eſt faciendi neceſſitatem.

In pretio & in penſione licitum eſt contrahentibus ſe decipere inuicem ſine dolo. Bartolus.

D

Quemadmodum in emendo & vendendo naturaliter conceſſum eſt, quod pluris ſit, minoris emere: quod minoris ſit, pluris vendere, & ita inuicem ſe circumſcribere:[t] * ita in locationibus quoque & conductionibus iuris eſt.

XXIII. H E R M O G E N I A N V S *libro ſecundo iuris Epitomarum.*

E T ideò prętextu minoris penſionis locatione facta, ſi nullus dolus aduerſarij probari poſſit, reſcindi locatio non poteſt.

E

Quod committitur alterius arbitrio, intelligitur de arbitrio boni viri. Item qui habet arbitrium ſuper facto, nõ intelligitur habere ſuper termino facti. Item arbitriũ doloſè latum nullius eſt momenti. hoc dicit. Bartolus.

XXIIII. P A V L V S *libro trigenſimoquarto ad Edictum.*

r *Loco.* ſcilicet in ſolo meo, conducendo à te operas tuas. Accur.
ſ *Et tamen.* licèt dominium transferre ſit contra naturam locationis: vt infra eod. l. non ſolet.
t *Circumſcribere.* vt ſupra de mino. l. in cauſę. §. idem Pomponius. hoc autem in pretiis, non vitiis rerum: vt diximus ſupra de act. emp. l. Iulian. in prin. Item hoc intellige dolo non interueniente ab aliqua parte: & ſic impropriè dicitur ibi circumuentio vel deceptio: alioquin ſi dolus ineſſet, purgaretur: vt ſupra titu. j. l. Iulianus. §. ſi venditor. & . §. per contrarium. & . §. ibidem Iulianus. & ſupra de inſtitu. ſed & ſi pu. §. ſed & aliàs. quæ ſunt contra. Sed nunquid eo ipſo eſt dolus quòd minore pretio ſciens emit, cùm venditor non putat eam eſſe maioris pretij. ſi enim ſcit, non videtur eſſe deceptus? Reſpon. nõ videtur, niſi aliquid dicat propter quod eũ ad vendendum tali & tanto pretio induxit: vt quia dicebat & affirmabat eum non eſſe maioris pretij.

S *I in lege.* ] C A S V S. Locaui tibi opus ſcribendi ad ſex menſes, & vt tale faceres quod ego probarem, vel quod Titius probaret. intelligit de boni viri arbitrio, ſi ego vel Titius malè arbitraremur: puta opus probabile reprobam. nõ autem de die quicquam eſt arbitrãdum: cùm in. l. ſit dictum, niſi ſit actum vt & de die arbitraretur. Item ſi erat actum vt arbitrio conductoris: ſi iniquè & doloſè arbitretur, recurritur ſimiliter ad arbitrium boni viri. [S I C O L O N V S.] Præſupponitur quòd ea quæ in fundum inferuntur, ſunt tacitè obligata pro mercede locationis. Nunc pone ſic caſum: Locaui Titio fundum certa penſione. Titius locauit eum Mæuio: vtrum res Mæuij ſint mihi obligatæ, ſicut res Titij? dicitur quòd non: tamen fructus fundi erunt mihi obligati. cætera ſatis plana ſunt vſque ad. l. in operis. Viuianus.

† Flo. prætium ei ſoluat.
* Ne quis tamen in negotio circũueniat fratrem, vetat Paulus. I. Theſſ. 4.

I *Tem ſi pretio.* ] C A S V S. Vendidi tibi fundum, vt ſi non ſoluas pretium hinc ad annum, ſit inemptus, & . x. mihi des merce-

Si in

a *Si in lege*. id eſt in pacto.
b *Opus*. quod fuit locatum vt fieret in certum tempus.
c *Viri boni*. ſic & ſupra de contrahen. emp. l. hæc vẽditio. & ſupra pro ſocio. l. ſi ſocietatem.
d *Quod lege*. id eſt pacto.
e *Idipſum*. vt prorogetur tempus. Accur.
f *Conſequens*. id eſt ſimile ſuperioribꝰ: quia ſicut pro nullo habetur approbatio dolo locatoris facta, vt nihilominus teneatur ex conducto in quantum bono viro videbitur: ita in cõductore dicendum eſt.
g *Irrita*. id eſt pro non facta habetur, adeo vt poſſit agi ex locato & conducto in quantum viro bono videbitur æquum.
h *Conductoris*. Erat fortè dictum, vt arbitrio conductoris opus approbaretur.
i *Manent*. ſunt enim fructus fundi obligati: vt hîc, & infra eo. l. qui fideiuſſor. & .j. quibus mo. pig. tacitè cõtra. l. in prædiis. Sed contra infra de pig. l. cùm tabernã. in princ. vbi etiã poſtea illata obligantur. Sed ibi ab eodem, non ab alio conductore. Item cõtra infra de pignori. l. j. §. cùm prædium. Solu. vt ibi. Item cõtra ſupra de pig. ac. l. ſolutum. §. ſolutã. Sol. poteſt dici aliud in vrbanis, & aliud in ruſticis: vt hîc. Vel quod hîc dicit non obligari, verum eſt in totum: obligatur tamẽ pro parte: vt. ſ. dicitur. Vel dic [a] quòd res iſtius poſterioris non erant inuectæ, ſed expreſſa conuentione obligatæ primo colono: vt ibi dixi. Accurſius.

a] Iſtã tenet Bart. hîc.

k *Statim agere*. etiam pro mercede futuri tẽporis: vt infra eo. l. habitatores. in fi. & l. dominus. §. fin. nam de ea quæ datur ratione præteriti tẽporis vel præteriti, non eſt dubiũ: vt ſubiicitur hîc ſtatim. [b] Sed cõtra infra de migrando. l. j. §. ſi penſio. ibi, ita tamen, &c. vbi dicit inquilinum non teneri de futura penſione, niſi nominatim actum eſt ne ante annũ recedat. Sol. ibi loquitur cùm ex neceſſitate migratur: hîc ex voluntate. nam & dominus ex neceſſitate poteſt inquilinum inuitum expellere: vt infra. e. l. qui inſulam. in princ. & C. eo. l. iij. ergo eadẽ æquitate colonus vel inquilinus, neceſſaria cauſa interueniente, poterit migrare, ſecundum Ir. ſed Azo dicit quòd pro futura penſione non agit dominus: nec hoc hîc expreſsè dicit: licèt dicat quòd ſtatim poteſt agere: inquillinus tamẽ nõ agit interdicto de migrãdo, niſi

b] Imò expreſſe dicitur hîc, cum in textu poſtea ſubiicitur, ibi, ſed & de his &c. ſecundum Baldum.

Si in lege [a] locationis comprehenſum ſit, vt arbitratu domini opus [b] adprobetur: perinde habetur ac ſi viri boni [c] arbitrium comprehenſum fuiſſet. Idémque ſeruatur ſi alterius cuiuſlibet arbitrium comprehenſum ſit. Nam fides bona exigit, vt arbitrium tale præſtetur, quale viro bono conuenit. ídque arbitrium ad qualitatẽ operis, non ad prorogãdum tempus quod lege [d] finitũ ſit, pertinet: niſi idipſum [e] lege cõprehenſum ſit. Quibus cõſequẽs [f] eſt, vt irrita [g] ſit adprobatio dolo cõductoris [h] facta, vt ex locato agi poſſit.

Res ſecundi cõductoris obligata primo conductori ex conuentione, nõ intelligitur obligata primo locatori. Bartolus.

Si colonus locauerit fundum, res poſterioris conductoris domino non obligantur: ſed fructus in cauſa pignoris manent, [i] quemadmodum eſſent ſi primus colonus eos percepiſſet.

Quãdo obligatio committitur propter non factum ab initio, & certum eſt non poſſe fieri ex poſtfacto: ſtatim agitur ad dotale intereſſe vt in contractibus bonæ fidei. Bartolus.

Si domus vel fundus in quinquennium pẽſionibus locatus ſit: poteſt dominus, ſi deſeruerit habitationem, vel fundi culturã colonus vel inquilinus, cũ eis ſtatim agere. [k] Sed & de his quę præſenti die præſtare debuerunt, velut opus aliquod efficerent, [l] propagationes [m] facerent, agere ſimiliter poteſt.

Quãdo obligatio committitur ad intereſſe propter maleficium, ab ipſo initio poteſt agi ad totale intereſſe, ſi illud maleficium ſuum effectum porrigit ad totum tempus. Item mora poteſt purgari intra paucos dies. Bartolus.

Colonus, [n] ſi ei frui non liceat, totius quinquẽnij nomine ſtatim rectè [o] aget, etſi [p] reliquis annis dominus fundi frui patiatur. Nec enim ſemper liberabitur dominus eo ꝙ ſecundo vel tertio anno patietur fundo frui. Nã & qui expulſus à conductione, in aliam ſe coloniam contulit, non ſuffecturus duabus: [q] neque [r] ipſe penſionũ nomine obligatus erit: & quãtum per ſingulos annos compendij facturus erat, cõſequetur. [ſ] Sera eſt enim patientia fruendi, quę offertur eo tempore quo frui colonus aliis rebus illigatus non poteſt. B Quòd ſi paucis diebus prohibuit, deinde pœnitentiã agit, omniáq; colono in integro ſunt: nihil ex obligatione [t] paucorum dierũ mora minuet. [u] Item vtiliter ex conducto agit is, cui ſecundum conuentionem non præſtantur quæ conuenerant: [x] ſiue prohibeatur frui à domino, vel ab extraneo quẽ dominus prohibere poteſt. [y]

Ad obſeruantiam contractus agitur ex cõducto: ſed ad remiſſionem mercedis relictam in teſtamento, agitur ex teſtamento. h. d. notabiliter iſte. §. Pau. de Caſtro.

C Qui in plures annos fundũ locauerat, teſtamẽto ſuo damnauit heredem, vt conductorem liberaret. [z] Si non patiatur heres cũ reliquo tẽpore frui, eſt ex conducto actio. ꝙ ſi patiatur, nec mercedes remittat: ex teſtamento tenetur. [a]

Si committitur merces arbitrio incertæ perſonæ. non valet. idem ſi certæ, quæ noluit arbitrari, vel non potuit. hoc dicit. Bart.

D XXV. GAIVS *libro decimo ad Edictum Prouinciale*.

Si merces promiſſa ſit generaliter alieno arbitrio, locatio & conductio cõtrahi non videtur. [b] ſin autem quanti Titius [c] æſtimauerit: ſub hac conditione ſtare locationem, vt ſi quidẽ ipſe qui nominatus eſt, mercedẽ definierit: [d] omnimodo ſecundum eius æſtimationem & mercedem perſolui oporteat, & conductionem ad effectum peruenire. Sin autem ille vel noluerit, vel nõ potuerit mercedem definire: tunc pro nihilo [e] eſſe conductionem, quaſi nulla mercede ſtatuta.

Si emptor repellit cõductorem, venditor tenetur ei ad intereſſe. Bartolus.

Qui fundum fruendum, vel ha-

A ſoluat totius temporis penſiõnem, etiam futuri: hoc tamen ita, ſi ſpecialis cõuentio fuit de non recedẽdo antè tempus: vt di. l. con traria. ſed certè licèt ſic iſtã ſoluas, aliæ tamẽ remanẽt cõtrariæ. ſ. illa, habitatores. & illa, domin². vt. j. e. §. fi. vnde prima eſt verior.
l *Efficerent*. De quo faciendo conuenerat: puta foſſata in fundo facere vt conuenerat.
m *Propagationes*. id eſt plãtationes. Accur.
n *Colonus*. ſcilicet in quinquennium.
o *Statim rectè*. ſcilicet ad intereſſe, quanti ſi percepiſſet in toto tẽpore conductionis: deducitur tamen quantũ valet plꝰ quia nũc percepit, quàm in temporibus ſequentibus perciperet: vt. j. ſolu. ma. l. ſi conſtante. §. quotiens. & ſic intellige etiam ſuperiorem. §. in caſu cõtrario.
p *Etſi*. id eſt quamuis.
q *Duabus*. ſcilicet conductionibus.
r *Neque*. pro non.
ſ *Conſequetur*. vt. j. eo. l. ſi fundus. in fi.
t *Obligatione*. quæ ſita locatori. Accurſius.
u *Mora minuet*. Nota paruã moram nõ æſtimari, cùm damnum nõ afferat: vt hîc, & ſupra de conſti. pecu. l. ſed ſi alia. in prin. & de iudi. l. ſi debitori. & de contrahen. emp. l. qui fundũ. in fi. j. reſpõ. & . j. de verb. obliga. ſi ita quis. §. Seia. & l. qui Romæ. §. Flauius. & ſupra de arbi. l. ſi cum dies. in fi. & l. ſeq. & l. litigatores. in prin. & in l. item ſi vnus. in princi. ibi, ſi multo.
x *Conuenerant*. puta vt poſſit vti: vt ſubiicit.
y *Prohibere poteſt*. ſi autem prohibere nõ poſſunt, tenẽtur ad hoc vt mercedẽ remittant, vel reddant ſi iam habent: vt infra eod. ſi fundus qui. in fi.

Principium huius. l. videtur eſſe apta tũ à Triboniano ex. l. vltim. C. de contr. empt.

z *Liberaret*. à penſione ſequentium annorum.
a *Tenetur*. vt infra de lib. leg. l. ei cui. & ſeq. & l. Caſſius.
b *Si merces*. *Non videtur*. ſicut nec venditio, niſi in caſu: vt. j. de pig. l. ſi fundus. §. fi. Io. & eſt ratio: quia nec perſonam certam, nec quãtitatem certã definierunt ſecundũ Ir. vnde in aſſumẽda perſona poſſent diſſentire: vt. ſ. de arbi. l. itẽ ſi vnꝰ. §. ſi in duos. ſed contra. C. de do. pro. l. ſi cum ea. vbi promiſſio dotis ſit incerta: & tamen tenet. Sol. ſpeciale fauore dotis eſt ibi.
c *Titius*. ſcilicet tertius. in contrahentis enim arbitrium conferri non debet: vt. ſ. de contrahen. empt. l. quod ſæpe. §. j.
d *Definierit*. vt bonus vir.
e *Pro nihilo*. vt inſti. de contrahen. empt. §. pretium. & l. locati. in princ. & infra de verbo. oblig. l. fin. in fi. j. reſpon.

UNED

bitationem alicui locauit:[a] ſi aliqua ex cauſa fundũ vel ædes vendat, curare debet, vt apud emptorem quoque eadem pactione & colono frui, & inquilino habitare liceat: alioquin prohibitus[b] is aget cum eo ex conducto.

Si habitatio incommodatur, licèt inquilino recedere, & ad penſionem pro rata tenetur. Bart.

Si vicino ædificante obſcurentur[c] lumina cœnaculi,[d] teneri locatorem inquilino:[e] Certè quin liceat colono vel inquilino relinquere conductionem, nulla dubitatio eſt. De mercedib⁹ quoque ſi cum eo[f] agatur, reputationis[g] ratio habenda eſt.[h] Eadem intelligemus ſi oſtia[i] feneſtráſve nimium corruptas locator non reſtituat.[k]

Conductor fundi tenetur omnia facere quę ſecundum conſuetudinem locorũ requiruntur. Bar.

Conductor omnia ſecundum legẽ conductionis facere debet.[l] Et antè omnia colonus curare debet, vt opera ruſtica ſuo quoque tempore faciat: ne intempeſtiua[m] cultura deteriorem fundum faceret. præterea villarum[n] curam agere debet,[o] vt eas incorruptas[p] habeat.

Damnum quod quis patitur ab inimicis propriis: ſua culpa pati intelligitur. Bartolus.

Culpæ autem ipſius & illud adnumeratur, ſi ꝓpter inimicitias[q] eius vicinus arbores exciderit. Ipſe quoque ſi exciderit: non ſolum ex locato tenetur, ſed etiam lege Aquilia, & ex lege duodecim * tabularum arborũ furtim cæſarũ,[r] & interdicto quod vi aut clam. Sed vtique iudicis qui ex locato iudicat, officio continetur, vt cæteras[ſ] actiones locator omittat.[t]

Pro dãno intolerabili fit remiſſio mercedis conductori: ſecus ſi ſit damnum modicum: quia tũc non fit remiſſio: ſicut nec augetur penſio propter modicum augmẽtum: & hoc non habet locũ in colono partiario. h.d. Bartolus.

Vis maior, quã Græci θεοῦ βίαν * appellant, non debet conductori damnoſa eſſe, ſi plus quàm tolerabile eſt, lęſi fuerint fructus:[u] alioquin modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui[x] immodicum lucrum non auffertur. Apparet autem de eo nos colono dicere, qui ad pecuniam numeratam conduxit: alioquin partiarius colonus quaſi ſocietatis iure[y] & damnum & lucrum cum domino fundi partitur.

Qui locat operas ſuas tanquam artifex, tenetur de damno contingenti ex culpa leuiſſima illius vel illorum quorũ opera vtitur. h.d. ſecundum intellectum quem puto verum. Pau. de Caſtro.

Qui colũnam tranſportandam conduxit, ſi ea dum tollitur aut portatur aut reponitur, fracta ſit: ita id periculum præſtat, ſi qua ipſius, eorúmq; quorũ opera vteretur, culpa acciderit. Culpa autem abeſt, ſi omnia facta ſunt quæ diligentiſſimus[z] quiſq; obſeruaturus fuiſſet. Idẽ ſcilicet intellegemus & ſi dolia vel tignũ trãſportandum aliquis cõduxerit: idémque etiam ad cæteras[a] res transferri poteſt.

Soluenti æſtimationem litis, cedenda eſt actio contra poſſeſſorẽ rei. hoc dicit. Pau. de Caſtro.

Si fullo aut ſarcinator veſtimenta perdiderit,[b] eoque nomine domino ſatisfecerit: neceſſe eſt domino vindicationem eorum & condictionem cedere.[c]

a *Locauit*. quia nec emptor nec legatarius habent neceſſe ſtare colono: vt. C. eo. l. emptorem. &. j. e. qui fundum.
b *Prohibitus*. ab emptore.
c *Obſcurentur*. multum, non modicè: vt. j. eo. habitatores.
d *Cœnaculi*. conducti.
e *Inquilino*. Heres autẽ poteſt obſcurare ædes in quibus teſtator reliquit vſumfru. dum tamen modicum lumẽ habitãtibus relinquat: vt ſupra de vſufruct. l. ſi is qui binas.
f *Cum eo*. ſcilicet inquilino.
g *Reputationis*. vt tantò minus ſoluat inquilinus, quantò habitare non potuit.
h *Habẽda eſt*. primo & ſecundo caſu.
i *Si oſtia*. domus locatæ.
k *Non reſtituat*. id eſt reficiat: quia poteſt haberi ratio, cum locator reficere teneatur.
l *Facere debet*. etiam ſi nihil dictum eſt.
m *Intempeſtiua*. id eſt minus tempeſtiua, vel nimis ſera.
n *Villarum*. id eſt paruarum domuum.
o *Debet*. ſ. colonus.
p *Incorruptas*. quoad ſe. aliàs contra. s. eo. ex conducto. in princ.
q *Inimicitias*. hoc intelligitur de illis inimicitiis quas conductor ſua culpa patiebatur: vt infra ſolu. ma. l. pe. j. reſpõ. &. s. eo. l. videamus. §. qui vinum. vel etiã ſine culpa, cùm enim habet inimicitias, cautius debet cuſtodire. eſt enim æquum vt quod eius culpa damnum patiatur locator, eidem locatori ſarciatur: vt hîc, &. s. cõmuni di. l. ſi is cum quo. & ad. l. Rho. de iact. l. j. & ij. §. æquiſſimum. &. s. pro ſocio. l. cum duobus. §. quidam.
r *Cæſarum* in duplum: vt infra arbo. furt. cæ. l. furtim. in fin.
ſ *Cæteras*. ſcilicet rei perſecutorias: non pœnales, niſi in id quod excedit: vt ſupra cõmo. vnde quæritur. in fi. & infra eo. l. & hæc diſtinctio. in fi.
t *Omittat*. vna effectum ſortiente.
u *Fructus*. puta opinione hominum ſit ſterilitas: quod dic vt ſupra eo. l. ſi vno. in princip. hæc autem euenit fortè vel propter exercitum, vel aliam vim. Accurſius.
x *Cui*. aliàs cui. ſ. colono. & aliàs cùm immodicũ, &c. & dic immodicum, id eſt valde modicũ, vel ſimpliciter modicum. apparet ergo quòd ſi maximum fuerit lucrum, puta quia in duplum creuerunt fructus, quod duplicari debeat merces vel ſeruitiũ quod pro re præſtatur: quia quod in vno permittitur, in aliis prohibetur: quia modicum non aufertur. In altero. i. eius contrario, contrariũ ſtatuitur: vt ar. j. de teſti. ex eo. &. s. de iudi. l. cũ prætor. j. reſpon. accedit & illud, ꝙ ſi deminuti eſſent fructus, deminueretur merces: vt. C. e. licèt. ergo ſi aucti fuerint, penſio debet augeri: & probantur hîc duo concurrẽtia generalia. primum eſt, quia cõtrariorum eadem eſt diſciplina: vt. j. de lega. iij. in. l. fi. &. j. vbi pu. edu. l. iij. §. fi. Secũdum eſt, quia emolumentũ debet comitari onus: vt. j. de reg. iur. ſecundũ naturam. ſuccedit & alia ſimilitudinaria ratio: quia hoc cauet̃ in tributis: vt. C. de allu. l. ij. hic ergo idem dicendũ: vt. s. de le. & ſenatuſcon. l. nõ poſſunt. &. l. nam vt. nec dicas aliud hîc, aliud ibi: quia & hîc non agitur niſi ex conuentione. vnde ſi nõ petatur niſi id quod eſt conuentum, non eſt mirũ. at ibi ex lege agitur. poteſt enĩ dici hîc tacitè videri conuentũ in futuro incremento quod eſt in primo pacto: vt. j. de pac. do. l. inter ſocerũ. §. cùm inter ea maximè ratione. quia quæ poſtea emergunt, auxilio indigent: vt. j. de interro. act. l. de ætate. §. ex cauſa. &. j. de except. rei iudic. l. ſi mater. §. eãdem. ecõtra videtur in reb⁹ principalibus nouũ canonẽ non exigendum: vt. C. noua vec. inſtitui non poſſe. l. ij. &. iij. nec in acceſſionibus: vt. C. de paſcuis & palu. l. j. in prĩ. maximè ideo, quia mea diligẽtia quam in ampliatione fructuum adhibui, mihi nocere non debet: ſed potius prodeſſe: etiam ſi aliàs teneri deberem: vt. j. ad. l. Fal. l. iij. j. reſpon. &. j. de rei vin. l. cæterùm. præterea non poteſt dici de eo pactum quod ignorabatur: ſicut eſt in donatore: vt C. de dona. l. nec ignorans. & in Aquiliana. ſtip. vt. s. de trãſac. l. cũ Aquiliana. nec poteſt dici idẽ pactũ intelligi in incremẽto. quod dic vt. s. e. l. ſed addes. §. ſi quis mulierẽ. &. j. eo. ea. lege. j. reſpõ. Sol. ſecundum quoſdã, quòd ampliatur merces propter incrementum fructuum. Sed contra hoc valde eſt qđ dicitur. C. de fun. reipu. l. ij. & de omni agro deſer. l. fin. Vnde apertius & latius diſtinguo, ſicut in ſterilitate diſtinguitur, contingat caſu fortuito, an conſueto, vel ex vitio, vel ex debilitate rei: vt in primo caſu fiat remiſſio: in aliis non: vt. s. e. l. ex cõducto. §. j. vſque in fi. &. l. ſi vno §. cùm quidam. ergo ſic & ſi caſu fortuito contingat vbertas. Idẽ ſecus ſi diligentia poſſeſſoris: vt in prædictis. ll. ſecundum Azo.
y *Societatis iure*. vt. s. pro ſoc. l. cum duobus. §. quidam ſagariam.
z *Diligentiſſimus*. id eſt diligẽs: vt ponatur ſuperlatiuus pro poſitiuo: vt econtra ſæpe contingit. nec enim dubium eſt locatorem operæ non teneri de leuiſſima culpa: vt ar. s. commo. ſi vt certa. §. nunc videndum. &. j. de reg. iur. l. contractus. ſed ſecũdum M. eſt ſpeciale in columna & aliis rebus quæ leuiter franguntur, vt exactiſſima diligentia præſtetur. Et no. hîc quem excuſari à culpa ſi omnia faciat quæ diligens faceret: vt hîc, &. s. ad. l. Aquil. ſi putator. & inſti. ad. l. Aquil. §. item ſi putator. Accurſius.
a *Ad cæteras*. ſcilicet omnes, ſecundum nos. ſed ſecundum M. ſcilicet ſimiles ſupradictis: cùm dixerit in talibus ſpeciale.
b *Perdiderit*. etiam ſi dolo: & infra de re iud. in depoſiti. ſecus in eo qui ſimpliciter poſſidebat, ſecundum nos: vt ſupra de rei vin. l. is qui dolo. Accurſius.
c *Cedere*. ſcilicet fulloni. Accurſius.

*Recitat Pli. lib. 17. c. 1.

* Græci enim tempeſtates, procellas, ſimiliáque mala, diuinæ iræ ſolent adſcribere. Alcia. lib. 2. prætermiſſ. Plin. lib. 18. ca. 28. ait duo eſſe genera cœleſtis iniuriæ, vnum quod tempeſtates vocamus, in quibus grãdines, procellæ, &c. intelligũtur, quæ cùm acciderunt, vis maior intelligitur.

Diligentia à culpa excuſat.

In

IN operis.] CASVS. Scriptor locauit operas ſuas vni, item alia die alij: ita quòd in idem tempus concurrant ambo conductores. poſtea coram eodem iudice agunt ambo cōductores: vel petunt ſententias exequi. cùm ambo obtinuerūt: dicit primò priori ſatisfaciendum. Viuianus.

A e *Incidiſſet*. quia tignum ruptum vult reparare.

f *Demoliri*. i. remouere rupta, vt apponat ſana. Quid ſi ex voluntate facit? Rñ. tūc fieri deductionem de mercede ſi vult pati. nam poteſt, ſi vult, reſiſtere: vt. ℨ. vti poſſi. ſi duo. §. cū inquilinus. Acc.

g *Haberet*. facit ad hoc ſupra cōmo. in rebus. §. poſſunt. &. ℨ. de impen. omnino. Acc.

a *In operis*. hæc lex videtur ſibi contraria. nā dicit ſimul eſſe locatas, & dicit poſtea aliquem eſſe priorē. Sol. dico ꝙ hæc dictio, ſimul, denotat idētitatem operarū eiuſdem hominis: & in idem tēpus faciēdarū: non tēporis cōtractus, id eſt non eadem hora. alioquin nullꝰ eſſet ordo temporis, quod hîc negatur. & probatur. ℨ. qui po. in pig. ha. l. idēque. §. ſi. Vel dic ſimul, id eſt eodē die: vt. ℨ. qui po. in pig. ha. ſi fundus. §. ſi duo. Item intellige ſecundū quoſdam hāc legem, quando coram eodē iudice ambo conductores agūt. nā tunc ex officio ſuo: quia ſimul vtrique nō poteſt operari, priori iubet ſatisfieri. ſecus in chirographariis creditoribus. nā omnes concurrunt in pecunia prout omnibꝰ de rebus ſatisfieri poteſt. nec obſtat ſ. de iudi. l. qui prior. quia licèt in vētilatione cauſæ ſit prior qui antè prouocauit, licèt poſt cōduxerit: non tamē in executione ſententiæ. Vel dicas apud diuerſos agi. ſi tamē vnus index exequatur vtráque ſententiā, debet iubere priori ſatisfieri antè omnia. Itē quero, quomodo hîc æſtimatur priuilegiū in perſonali actione ex tēpore: hoc enim eſſe nō debet: vt. ℨ. de priui. credi. l. priuilegia? rñ. hîc ſecundus cōductor ſciebat alij prælocaſſe operas, & nō poſſe eū ſatisfacere duobus. ibi ignorabat. Vel hîc in faciēdo, vbi impoſſibile eſt vtrumq; ſimul fieri: ibi in dādo. nā in dādo non ęſtimatur ex tēpore, vt ſi vnus duorum tutelam fecit, primò vni, & poſtea alij: certè actione tutelæ ambo admittuntur ęqualiter: vt. d. l. priuilegia. ſed in hypothecaria ſecus. fallit autē hoc in dote, in qua ſiue perſonali ſiue hypothecaria agatur, cōſulitur prius filiis primi matrimonij: vt. C. qui po. in pigno. ha. l. aſſiduis. §. penult. Ex his contingit, ꝙ ſi quis obligauerit alicui priuato quæ habet habiturúſve eſt, & poſtea fiſco, præfertur priuatus in his quæ habebat tempore obligationis. nā in his quæ poſtea quæſiuit, præfertur fiſcus: vt infra de iure fiſci. l. ſi is qui mihi. Item intellige hanc l. cùm ipſum factum faciendum eſt: aliàs ſi intereſſe præſtandum eſt, tunc ſatisfit vtrique ſimul: vt dixi in perſonali.

Priuatus quandoque fiſco pręfertur.

Operæ promiſſę duobus, illi ſunt prius præſtādę cui prius ſunt promiſſæ, hoc dicit. Pau. de Caſtro.

XXVI. VLPIANVS *libro ſecundo Diſputationum.*

IN operis [a] duobus ſimul locatis, conuenit priori conductori ante ſatisfieri.

Modica incommoditas conductoris nō inducit veram remiſſionem mercedis. hoc dicit. Barto.

B

XXVII. ALFENVS *libro ſecundo Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.*

HAbitatores [b] non ſi paulo minus cōmodè aliqua parte cœnaculi vterentur, ſtatim deductionem ex mercede facere oportet. Ea enim conditione habitatorem eſſe, [c] vt ſi quid trāſuerſarium [d] incidiſſet, [e] quamobrem dominum aliquid demoliri [f] oporteret, aliquam partem paruulam incommodi ſuſtineret: nō ita tamen, vt eam partem cœnaculi dominus aperuiſſet in quam magnam partem vſus habitator haberet. [g]

C

Iuſtus timor facit vt fiat mercedis remiſſio, licèt non ſit ſecutum periculū: ſecus in timore iniuſto, vel ſi inde non receſſerit. Bart.

Iterum interrogatus eſt, ſi quis timoris cauſa emigraſſet, deberet mercedē, nécne. reſpondit, ſi cauſa fuiſſet cur periculum timeret, quamuis periculum verè [h] non fuiſſet, tamen non debere mercedem. ſed ſi cauſa timoris iuſta nō fuiſſet, nihilo minus debere. [i]

XXVIII. LABEO *libro quarto Poſteriorum Epitomatorum à Iauoleno.*

QVòd ſi domi [k] habitatione conductor æquè vſus [l] fuiſſet, præſtaturum: & etiam eius domus mercedem, quæ vitium feciſſet, [m] deberi putat. Idem iuris eſſe, ſi poteſtatem [n] cōducendi habebat, [o] vti pretium conductionis præſtaret. Sed ſi locator conductori poteſtatem cōducendæ domus non feciſſet, [p] & is in qua habitaret conduxiſſet, tātum ei præſtandum [q] putat, quantum ſine dolo malo præſtitiſſet. [r] Cæterùm ſi gratuitam habitationem habuiſſet, [s] pro portione temporis ex locatione domus deducendum [t] eſſe.

Verbum ne, ſiue néve, importāt ne quis faciat: & quòd curet ne per alium fiat.

XXIX. ALFENVS *libro ſeptimo Digeſtorum.*

IN lege locationis ſcriptum erat: *Redemptor* [u] *ſiluam ne cædito, néve cingito,* [x] *néve deurito, néve quem cingere, cædere, vrere ſinito.* Quærebatur, vtrum redemptor, ſi quem quid earum rerum facere

h *Verè*. ſufficit ergo iuſtus timor, quamuis malum non cōtingat: vt & ſupra ad. l. Aquil. ſi quis fumo. §. quod dicitur. &. ℨ. de dā. infec. l. in hāc ſtipulationem. Itē hoc quādo poſt cōductionē cauſa timoris interuenit. ſecus ſi iam inerat: vt. ℨ. de dam. infec. l. qui bona. §. de illo. Sed arg. contra. ℨ. de donat. cauſa mor. l. pe. vbi etiam ſufficit non iuſta cauſa ſuſpicionis.

i *Debere*. ſcilicet præſtare conductorē. Acc.

k QVòd ſi domi. ꝙ pro ſed. Azo.

l *Aeque vſus*, id eſt ſine cauſa migrauerit ſecundum Ir. & quod dicit vſus fuiſſet, dic. id eſt vti potuiſſet: quod nihil eſt. ſecūdum hoc nil adderet prædictis. dic ergo, æquè vſus, ſcilicet ac ſi nullam ruinā minaretur. nam in veritate minabatur.

m *Feciſſet*. poſt tempus locationis comprehēſum. Vel dic, antè: ſed præſtatur pro præterito tempore. Azo. & caue tibi: quia litera ſequens, deberi putat: eſt cancellata in lib. Ioan. & bene. vel ſi vis, dicas ſubaudiri, putat. Vel dic, ſcilicet Labeo. Ac.

n *Si poteſtatem*. ſcilicet quia tenetur etiam hîc ad totam mercedem.

D

o *Conducendi habebat*. ſcilicet conductor aliam domum qui iuſtè timet: ſubaudi, adeò habet poteſtatem, vt etiam conduxerit. & pretium id eſt mercedem alterius locator conductori præſtaret: & hoc intellige de alia æquè idonea domo: vt argu. ſupra eo. ſi quis domum. §. j. Vel dic, habebat poteſtatem ex pacto conducēdi aliam: non tamen conduxit.

p *Non feciſſet*, puta non præſtando ei mercedem domus conducendæ. Azo. cùm conductor domus migret vitio domus.

q *Præſtandum*. à domino vitioſæ domus.

r *Præſtitiſſet*. ſcilicet pro ſecunda conductione: & intelligas hîc, quòd teneatur dare locator mercedem ſecundę cōductionis: niſi mercedem pro rata temporis remittere velit. nam in plus teneri non debet: vt ſupra eo. l. ſed addes. §. ſi quis cùm. vel compenſabitur. ſupra eo. l. ſi quis in domum. &. l. in lege. §. colonus.

E

s *Habuiſſet*. ſcilicet ſecundò: & hoc facta migratione. Accur.

t *Deducendum*. pro rata temporis conducendo, cùm iuſtè migrauit: non autem ad mercedem ſecundæ conductionis, quæ nulla fuit. Ex prædictis autem collige, ſecundum Ir. ſi domo conducto non vteris, ſiue vitiū faciat, ſiue timor iuſtus immineat: cum tamen interim vel conducas aliam, vel poteſtatem conducendi habeas: non remitto tibi mercedem pro rata temporis: ſed pretiumduntaxat ſecundæ conductionis. ſed ſi abſque cauſa migras, mercedem omnino præſtas: ſcilicet totius temporis. Accur.

HAbitatores.] CASVS. Locaui tibi domum quæ indiget aliqua refectione: & reficiēdo impediris. ſi paruū damnum eſt, pati debes: alioquin remittā de mercede. Secundò, ſi colonus timens ruinam receſſit: an ſit remittenda penſio? ſi iuſtè recedit, ſic. aliàs nō. Tertiò, ſi nihilo minus habitaſſet, licèt iuſtè potuiſſet timere, debet mercedē. Quartò, ſi migrauit, & non aliam cōduxit, & ego dedi ei poteſtatem ſecundæ conducendæ, tenebitur mihi ad totā mercedē. Idem ſi dedi ei mercedē ſecundę conductionis. nā dare teneor: & ſic tenebitur mihi ad mercedē primæ, niſi magis velim remittere de prima penſione. Vltimò ſi aliā habuit gratis: tunc tantum mercedē pro rata cum iuſtè tenuerit: non autem dabo mercedem ſecundæ, cùm nulla fuit. h. d. cum. l. ſequen. Vi.

b *Habitatores*. id eſt inquilini.

c *Habitatorem eſſe*. ſcilicet oportet.

d *Tranſuerſarium*. i. caſum fortuitū vel aliud nouū emergēs. Acc.

IN lege.] CASVS. Locaui ſiluam cuſtodiendam, & cōueni mercede data cum cuſtodiente ſiluam, quòd aliquod damnum in ſilua non ſineret alium dare. quæritur an videns caſu teneatur prohibere aliquod dari damnum, an & curare vt videat? Dicitur, quòd debet curare vt videat. Viuianus.

u *Redemptor*. id eſt conductor, qui dicitur ſiluanus. Azo.

x *Cingito*. cingere. i. deglabrare: vt. ℨ. arbo. fur. cæ. l. cædere. Ioan.

vidiſſet, prohibere deberet: an etiam ita ſiluam cuſtodire, ne quis id facere poſſit. Reſpõdi, verbum *ſinere*, vtramque [a] habere ſignificationem, ſed locatorem potius id videri voluiſſe, vt redemptor non ſolùm ſi quem caſu vidiſſet ſiluam cædere, [b] prohiberet: ſed vti curaret & daret operam, ne quis cæderet. [c] B

Refectio neceſſaria quæ impedit habitationem conductoris, inducit remiſſionem mercedis pro rata: non neceſſaria obligat locatorem ad intereſſe. Bartolus.

XXX. IDEM *libro tertio Digeſtorũ à Paulo Epitomatorum.*

QVi inſulam triginta conduxerat, ſingula cœnacula ita cõduxit, * vt quadraginta ex omnibus colligerentur. dominus inſulæ, quia ædificia vitium facere diceret, demolierat eam. Quæſitum eſt, quanti lis æſtimari deberet, ſi is qui totam conduxerat, ex conducto ageret. C Reſpondit, ſi vitiatum ædificium neceſſariò demolitus eſſet, pro portione, quanti dominus prædiorum locaſſet, quòd eius [d] temporis habitatores habitare [e] non potuiſſent, rationem duci, & tanti litem æſtimari. [f] Sin autẽ nõ fuiſſet neceſſe demoliri, ſed quia melius ędificare vellet, id feciſſet: quãti cõductoris intereſſet [g] habitatores ne migrarẽt, tanti condẽnari oportere. D

Conductori fit remiſſio mercedis pro rata temporis quo re frui non poteſt, etiam ſi alteri gratis conceſſit. hoc dicit. Bartolus.

Ædilis [h] in municipio balnea conduxerat, vt eo anno municipes gratis lauarẽtur. poſt tres mẽſes incendio [i] facto, † reſpondit poſſe agi cum balneatore [k] ex cõducto, vt pro portione temporis quo lauationem non præſtitiſſet, pecuniæ contributio [l] fieret.

Qui animal conductum onerat pondere grauiori: hac actione tenetur. Bartolus. E

Qui mulas ad certum pondus oneris locaret: cùm maiore onere conductor eas rupiſſet, conſulebat [m] de actione. Reſpondit, vel lege Aquilia, vel ex locato rectè eum agere: ſed lege Aquilia tantũ cũ eo agi poſſe, qui tũ mulas agitaſſet: ex locato, etiã ſi alius eas rupiſſet, [n] cum conductore rectè agi.

Penſio quæ præſtatur ad menſuram tantùm, pro rata operis facti peti poteſt. hoc dicit. Bartolus.

Qui ædem faciendã locauerat, in lege dixerat: *Quoad* * *in opus lapidis* [o] *opus erit, pro lapide & manus* [p] *pretio* [q] † *dominus redemptori* [r] *in pedes ſingulos ſeptem dabit.* [ſ] quæſitũ eſt, vtrum factum opus, [t] an etiã imperfectum [u] metiri oporteret. Reſpondit, etiam imperfectum.

Exceptio violẽtię intelligitur de ea quę infertur ab extraneo: nõ de ea quæ à ſe vel à ſuis infertur. Bar.

Colonus villam hac lege acceperat, vt incorruptam redderet, pręter vim & vetuſtatem. [x] coloni ſeruus villã incẽdit nõ fortuito caſu. [y] Non videri cã vim [z] exceptã reſpondit: nec id pactũ eſſe, vt ſi aliquis domeſticus eã incendiſſet, ne præſtaret: ſed extrariam [a] vim vtroſque excipere voluiſſe.

Actio oneris auerſi nõ habet locum in re quæ remanet locatoris, & cum actione alia non cõcurrit. Item debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei liberatur, ſi illa ſpecies caſu interiit. h. d. Primò ponit thema & quæſtionem. Secundò ponit quædam argumẽta facientia ad determinationem quæſtionis. Tertiò determinat quęſtionẽ. Secunda ibi, reſpondi. Tertia ibi, ſecundum quæ. Bartolus.

XXXI. IDEM *libro quinto Digeſtorum à Paulo Epitomatorum.*

IN nauem Saufeij [b] cum cõplures frumentum confuderant, [c] Saufeius vni ex his frumentum reddiderat de communi: [d] &

---

a *Vtramque*. ſcilicet vt ipſum prohibeat: & ꝙ videre procuret: nõ eſt tamen æquiuocum: quia vtrumque ſemper in ſe continet, ſecundum quoſdam. imò alterum: vt hæc litera clarè innuit. A

b *Cædere*. non eſt ergo ſimplex abnutiuum. Accurſius.

c *Cæderet*. vt. j̃. l. prox. §. qui mulas. &. j̃. de verb. ob. ĩter ſtipulãtẽ circa prin. &. j̃. eo. ſi de dãno. & hîc no. obſcurũ pactũ interpretari ꝓ eo qui rẽ appoſuit. Et ſic eſt contra. s̃. de contrahẽ. emp. l. Labeo. & s̃. de pac. l. veterib⁹. So. ideo ꝓ locatore fit interpretatio, ne illa adiectio, néve quẽ cingere &c. nil operetur. Sic eſt ar. opti. j̃. de lega. j. ſi quãdo. nil autẽ operaretur ſi id dũtaxat ſignificaret: vt ſi quẽ earũ rerũ quid facere videret, ꝓhiberet. nã per prima verba hoc idem ſignificabatur, quibus promiſit ſe nõ cæſurũ. cædere enim videtur, qui patitur cædere: vt s̃. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. certè. & C. de ſac. ſan. eccle. l. iubemus. §. œconom⁹ autẽ. &. j̃. de iure pat. l. adigere. in princ. Vel dicas ꝙ hoc eſt ex officij ſuſcepti ſolicitudine. nã ex natura & qualitate contractus verba intelliguntur: vt ſupra eo. l. ſi vno ſecundum Azo.

* Sic Flo. ſed in manuſc. meo & aliis, & vulg. emendatum fuit, locauit, ſed Flor. rectè eſt, ſi meminerimus veteres vſos eſſe promiſcuè his vocibus. l. veteres. s̃. tit. proxi cum. l. ſequente.

QVi inſulã. CASVS in hac. l. eſt plan⁹ vſque ad. §. qui ædem. [QVI ÆDEM.] Cõueni tecũ vt faceres mihi curiã: & pro ſingulis pedibus darem tibi. vj. aureos: & tu debebas facere totũ de tuis ſũptibus. feciſti dimidiã. nũquid erunt mẽſurãdi pedes facti: vt ſic ſoluã: an debemus expectare donec perficiatur antequã admẽſuretur? & dicit quòd etiã antè quàm perficiatur. Vi.

d *Quod eius*. id eſt per quod. Azo.

e *Habitare*. niſi aliã cõduxit, túc id præſtaret: vt. s̃. eo. l. ꝙ ſi domus.

† Vulg in cẽ. facto. cõbuſtæ ſunt.

f *Aeſtimari*. vt &. j̃. proxi. §. &. j̃. eo. ſi fundus. §. fi. &. l. & hæc diſtinctio. &. s̃. eod. l. ſed addes. §. ſi quis cum.

g *Intereſſet*. vt &. j̃. eo. & hæc diſtinctio. &. s̃. eo. ſi tibi alienam. &. l. nos videamus.

h *Aedilis*. fortè curulis, qui curam ædium habebat.

i *Incendio facto*. quo combuſtæ ſunt balneæ.

k *Balneatore*. id eſt cum domino balnei. aliàs locatore. Accur.

l *Contributio*. i. cõpenſatio. & facit. s̃. eo. ſed addes. §. ſi quis cum.

m *Conſulebat*. ſcilicet locator.

n *Rupiſſet*. ſi tamen in cuſtodiendo cõductoris probetur culpa: vt ſupra ad. l. Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius. &. §. Proculus. &. §. ſi mulier. Azo. & ſupra. l. proxi. in fin.

o *In opus lapidis*. id eſt pro eo quod neceſſarium eſſet in opus lapidum: vt calx, & arena, & ſimilia. Azo.

p *Et manus*. i. artificij: vt &. j̃. de verb. ſig. l. mulieris. §. res abeſſe.

q *Pretio*. ſubaudi pro quo ſcilicet pretium dabat cõductor aliis.

r *Redemptori*. id eſt conductori.

ſ *Septem*. ſcilicet aureos. Azo.

t *Opus*. id eſt domo perfecta domum.

u *Imperfectum*. ædificiũ nondũ conſummatum: ſed non niſi pro cõſummatis pedibus. Io. ſed alij dicũt etiã nõ factũ æſtimari: ſed hoc quomodo poteſt ęſtimari quod non eſt?

x *Vetuſtatẽ*. ſuperfluũ videtur pactũ illud, cũ de his & ſine pacto nõ teneatur.

y *Fortuito caſu*. incenſa eſt. Azo. & incipit reſpondere.

z *Eam vim*. igitur incẽdium eſt vis.

a *Extrariam*. in generali ſermone ergo non cõtinetur perſona loquentis: vt &. s̃. de act. empt. l. ſi mercedẽ. §. fi. &. s̃. cõmunia præd. l. quicquid. & de ſenat. l. j. in fi. & C. de ſol. l. inquiſitio. Sed ar. cõtra j̃. de ædil. edic. l. quod ſi nolit. §. j. &. s̃. de in diẽ addi. l. ꝙ ſi vno. §. fi. & l. antepe. &. j̃. de pign. l. Paulus. §. fi. Accur.

* Vulg. Quod.
† Fl. manupretio.

IN nauem.] CASVS. Multi mercatores miſerũt frumẽta in naue Saufeij, qui erat nauta, & fecit aceruũ communẽ cõueniẽdo vt ex illo aceruo cuilibet redderetur tanta quãtitas quãtam ibi miſit: & cũ nauis ad portum veniſſet, reddidit vni: & antequam redderet aliis, nauis periit cũ alio frumẽto. quęritur an nautæ ſit periculũ. & antequam ſoluat, duo præmittit. Primò ꝙ rerum locatarũ duo ſũt genera. nã quandoq; tranſit dominiũ, vt ſi do argẽtũ vt faciat vas ex hoc vel ex alio. quandoque nõ: vt in veſte data poſſidenti: ſecundũ ꝙ rerũ depoſitarum duo ſunt genera. nã quandoque trãſit dominium, vt in pecunia depoſita ad dominũ: quãdoq; nõ. ex quibus colligit. tertium. ſ. ꝙ dominiũ frumẽti fuit factũ Saufeij: & ideo recte reddidit. ſecus aũt ſi fuiſſet ſeparatũ, & vni reddidiſſet quod eſſet alterius, túc teneret nauta locati & furti: & q ſciẽs accepit, tenet furti. an aũt periculũ frumẽti amiſſi ſit nautę, quod fuit prima quęſtio? Dicit ꝙ nõ, ſi nõ fuit in culpa primę redditionis: nõ autẽ fuit in culpa ꝙ vni reſtituit primò. Vi.

In vulg. edit. in naue Saufeli.

b *Saufeij*. nomen eſt exercitoris.

c *Confuderant*. id eſt contribuerant.

d *De communi*. ſed hîc expone, cõmuni. i. de aceruo cõmuni omnium. factũ enim erat cõmune dominorũ volũtate permixtum: vt inſti. de re. di. §. ꝙ ſi frumentum. &. s̃. de rei vin. l. ſi frumẽtum. permanſit ergo cõmune: & cùm vni reddit, eodem momento fit Saufeij, & deſinit. ſic. j̃. de dona. inter vi. & vxo. l. quæ autem. §. fi. & de adqui. here. placet. ſecundum R. Vel dic, de cõmuni id eſt cõmuniter dato: & ſic non fuit commune, ſed ab initio factum Saufeij. & hæc planior: vt infra, quippe quod nautæ, &c.

*Perierat.*

nauis perierat. [a] Quæſitum eſt, an cæteri pro parte ſua frumenti cum nauta agere poſſunt oneris † auerſi [b] actione. Reſpondit rerum locatarum duo genera eſſe: vt aut idem redderetur, ſicuti cùm veſtimenta fulloni curanda locarentur. [c] aut eiuſdem generis redderetur: veluti cum argentum puſulatum* [d] fabro daretur, vt vaſa fierent: [e] aut aurum, vt anuli. [f] ex ſuperiore [g] cauſa rem domini manere: ex poſteriore, [h] in creditum [i] iri. Idem iuris eſſe in depoſito. Nam ſi quis pecuniã numeratam ita depoſuiſſet, vt neque cluſam, neque obſignatam traderet, ſed adnumeraret: nihil aliud eum debere, apud quem depoſita eſſet, niſi tantundem pecuniæ ſolueret. [k] Secundùm quæ [l] videri triticum factum Saufeij, & rectè datum. [m] Quod ſi ſeparatim tabulis, aut heronibus, † [n] aut in alia cupa clauſum vniuſcuiuſque triticum fuiſſet, ita vt internoſci poſſet quid cuiuſque eſſet, non potuiſſe [o] nos [p] permutationem facere: ſed tum poſſe eum cuius fuiſſet triticum quod nauta ſoluiſſet, vindicare: [q] & ideò ſe improbare actiones oneris auerſi, quia ſiue eius generis eſſent merces quæ nautæ traderentur, vt continuò eius fieret, & mercator in creditum iret, non videretur onus eſſe auerſum: quippe [r] quod nautæ fuiſſet. ſiue eadem res quæ tradita eſſet, reddi deberet, furti [ſ] eſſe actionem locatori: & ideò ſuperuacuum [t] eſſe iudicium oneris auerſi. Sed ſi ita datum eſſet, vt in ſimili re ſolui poſſit: [u] conductorem culpam dumtaxat [x] debere. [y] nam in re quæ vtriuſque cauſa contraheretur, culpam deberi: neque omnimodo [z] culpam eſſe, quòd vni reddidiſſet ex frumento: quoniam alicui primùm reddere eum neceſſe fuiſſet, tametſi meliorem eius conditionem faceret, quàm cæterorum. [a]

Succeſſor ſingularis non tenetur ſtare colono, nec colonus ei. Bartolus.

### XXXII. IVLIANVS *libro quarto ex Minicio.*

QVi fundum colendum in plures annos locauerat, deceſſit, & eum fundum legauit. Caſſius negauit poſſe cogi [b] colonum vt eum fundum coleret: quia nihil heredis intereſſet. quòd ſi colonus vellet colere: & ab eo cui legatus eſſet fundus, prohiberetur, cum herede actionem colonum habere: [c] & hoc detrimentum ad heredem pertinere: ſicuti ſi quis rem quam vendidiſſet, necdum tradidiſſet, alij legaſſet, heres eius emptori & legatario eſſet obligatus.

Si conductor frui non poteſt re abſque culpa locatoris, fit remiſſio mercedis pro rata. ſi locatoris culpa interueniat, ad totale intereſſe tenetur. Barto.

### XXXIII. AFRICANVS *libro octauo Quæſtionum.*

SI fundus quem mihi locaueris, publicatus ſit, [d] teneri te

† Auerſi oneris actio quæ ſit, vide Anto. Augu. lib. emend. 3. ca. 6.

* Alcia. lib 6 Parerg. ca. 4 poſtulatũ legendũ cẽſet, Bud. puſtulatum.

† Sic in pãd. Flor. Bud. vult beronibus, quaſi peronibus. i. ſiccis. culeis, vtribus Plin. lib. 36. ca. 14. & ibi Hermolaus. Turneb. eronib⁹ ex Donat. in Phorm.

a *Perierat.* cum toto frumento quod remanſerat.

b *Oneris auerſi.* an eſt hoc proprium nomen actionis? quidam dicunt quòd non: ſed actio locati ſic appellatur, quãdo quis cõduxit ſuo periculo. quod reprobatur. ideò dic quòd eſt propriũ nomen actionis. nam ſi eſſet idem quod locati, ergo cõpeteret cum actione furti: vt. s̃. e. ſi merces. §. culpæ. & j̃. eo. ſi locatum. quod non eſt in hac actione: vt. j̃. ea. l. §. quòd ſi ſeparatum. in fi. Itẽ quãdo habet locum actio oneris auerſi? Reſpon. quotiens onus alienũ vel dolo vel culpa ſubmergeretur. ab auerto auertis. i. remoueo. & dicitur auerſi, & non aduerſi. vel dicitur aduerſi, ab aduerſitate: & tũc habet locum cùm cõductor in ſe recipit periculũ: & poſtea res periit, vt plerũque fit: vt infra eod. & hæc diſtinctio. & ſupra de pericu. & com. rei ven. ſi quis vina. §. ſi auerſione. hîc autem videbatur recepiſſe: cũ in genere ſit in frumento acerui cõtracta obligatio. hodie autem hæc actio locũ non habet: vt dices. j̃. eod. §. quòd ſi ſeparatum.

c *Locarentur.* & hæc eſt propriè locatio: vt j̃. eo. l. non ſolet.

d *Puſulatum.* quidam libri habẽt puſillatum. id eſt purgatum & puſillum factũ ꝓpter putredinem extractã. aliàs ponderatum: aliàs, purgatum: aliàs, purũ datum.

e *Vaſa fierent.* ex hoc, vel ex illo. Azo.

f *Anuli.* vt fierent de eodem auro, vel de alio ſimili.

g *Ex ſuperiore.* quando datur vt idem reddatur.

h *Ex poſteriore.* quãdo datur vt eiuſdem generis reddatur.

i *In creditum.* ſcilicet generale: vt. s̃. ſi cer. pe. l. j. ſic econtra conductor quandoque transfert dominium in locatorem: vt. s̃. eo. item ſi pretio. §. cum inſulam.

k *Solueret.* eſt ergo depoſitũ: ſed egreditur eius terminos notiſſimos: vt. s̃. depo. l. Lucius Titius Sempronio. & l. diem. §. j. Acc.

l *Secundum quæ.* ſcilicet dicta in ſecundo caſu.

m *Datum.* i. redditũ. & ſic ceſſat arg. oneris auerſi actio locũ nõ habet. ſic ecõtra. j̃. de verb. ſigni. verbum reddendi. niſi ſpecialiter contrarium caueatur: vt ſupra depoſi. l. j. §. eleganter.

n *Heronibus.* fortè æneis vaſis. Accur. Budæus ſaccos interpretatur, quaſi perones, à pera.

o *Non potuiſſe.* id eſt non eſt credendum, vel dicendum in creditum itum eſſe hoc caſu: niſi manifeſtiſſimè illud appareat.

p *Nos.* ſcilicet inuitos: quia ignorãtes eramus de facto Saufeij.

q *Vindicare.* itẽ agi poteſt ex locato: vt. s̃. eo. itẽ quęritur. §. & ſi palliũ. & etiã furti contra ſuſcipientem ſcienter, & cõtra dãtem.

r *Quippe.* id eſt quia: ac ſi dicat, non debet ſuſtinere onus auerſum, cuius merces fractæ ſunt reſtitutæ.

ſ *Furti.* contra Saufeiũ qui ſciens inuito domino contrectauit.

t *Superuacuum.* hac ratione ſemper ceſſat: quia locati ſemp cõpetere poteſt actio, propter culpã conductoris: vel furtum, ſeu delictũ: ſed nec alibi dicit lex eam locum habere: & ita exufflatam eam omnino dicimus. ſed F. & R. dicũt eam habere locum etiã hodie. Sed ad quid ſecundum eos dabitur? Reſpon. ad ea ad quæ darentur locati & conducti, quando onus receptũ eſt in auerſione: vt. j̃. ad. l. Falci. l. in ratione. §. incertæ.

u *Poßit.* vt in noſtro caſu.

x *Dumtaxat.* nõ etiam caſum: licèt tranſit in creditũ. quod eſt not. dignum. licèt aliter ſit dictum regulariter culpam eſſe, niſi fortè ſtudioſè feciſſet. Et ſic no. quòd locus eſt gratificationi. Accur.

y *Debere.* & aliàs præſtare.

z *Omnimodo.* id eſt nullo modo in culpa eſt: potuiſſet autem eſſe in culpa, ſi ita eſſet depoſitũ, vt neutri redderet ſine altero. Et not. hîc arg. quod non intelligitur quis eſſe in culpa, ſi facit quod neceſſe habet facere: vt hîc, & j̃. ad Silla. l. ſi quis in graui. §. ſi cùm omnes. & infra de leg. ij. l. vnum ex familia. §. ſi de Falcidia. Accur.

a *Quàm cæterorũ.* quia ſuum ſaluum haberet.

Q*Vi fundum.*] CASVS. Locaui tibi fundum in quinquennium: in medio alij legaui, & deceſſi. heres meus non aget amodo contra colonũ vt colat, quia ſua non intereſt. tũc legatarius poteſt deiicere colonum: & colonus aget contra heredem ad intereſſe: & ſic heres tenetur duobus. ſcilicet legatario ad fundũ, & colono ad intereſſe: vt in hoc alio caſu. ecce vendidi rem, & eãdem legaui: heres meus legatario & emptori tenetur. Viuia.

b *Cogi.* ſcilicet ab herede locatoris: de legatario autem nõ dubitabatur: quia nõ ſuccedit in ius defuncti, ſed heres. Accurſius.

c *Habere.* vt. j̃. de leg. j. l. nihil proponi. §. fin. & arg. s̃. eo. ſi merces. §. qui fundum.

S*I fundus.*] CASVS. Locaui fundum: poſtea eſt publicatus: teneor ad remiſſionem mercedis. Secundò idẽ ſi locaui domũ ædificandam, & corruit ſolum. Tertiò idẽ in venditione, ſcilicet ſi vendidi domũ, & publicata poſtea ſit: teneor ad reſtituendum pretiũ: ſicut & ſuperioribus caſibus ad remittendũ mercedẽ. nã quãdo prohiberis frui ab eo à quo non poſſum te defendere, ad remiſſionem mercedis teneor: aliàs ad omne intereſſe. Quartò inducit ſimile: vt ecce locaui domũ: eam deſtruo vt reficiã. nam refert vtrũ poterã reficere ſine deſtructione, & teneor ad omne intereſſe: an neceſſario feci. & tunc ad exonerationem mercedis. Quintò dicit hæc eſſe vera ſi credẽs meũ, locaui: aliàs ſi alienum ſciens, teneor ad omne intereſſe. [CVM FVNDVM.] Ego & Titius habebam⁹ fundũ cõmunẽ: conuenimus vt alternis annis vteremur quiſq; ſuo anno pro parte alterius: vn⁹ in fine anni deſtruxit ſic fundũ, vt anno ſequẽti nõ producat fructũ. & dicit ꝙ alter agit loc. ꝓ ſua parte, & cõmuni diui. ꝓ parte verò alterius agit ex cõducto ad intereſſe. Secundò dicit idẽ ſi ego vnũ, & tu alium fundũ habuimus, prędicto modo. hoc dicit cum. l. ſeq. Vi.

d *Publicatus ſit.* fortè vt militibus aſſignetur: vt. s̃. de rei vindica.

item ſi verberatum.§.præterea ſi fortè.vel ex cauſa maleficij alicuius.Accurſius.

a *Vt mihi frui*. hoc idem determinatur ſtatim infra ibi, ſimiliter igitur &c.

b *Locaſſes*. locauit ergo opus faciendū: vt mihi pro toto opere præſtaret mercedem.

c *Nihilo minus*.vt pro eo quod de opere feci antequam rueret,mercedē præſtes: & ita interitus eſt ad damnum locantis: vt infra eo.l. Marcius.

d *Teneris ex empto*. imò videtur quòd nō, cum omne periculum pertineat ad emptorē poſt vēditionē: vt.ſ.de peri.& com.rei ven.l.neceſſariò.in prin.&.l. id qđ.Solu. ſpeciale eſt in caſu publicationis: vt hic.Item cōtra:vt.ȷ.de euic. Luci⁹. vbi ſpecialiter i hoc caſu loquitur.Sol.hîc antè traditionē,ibi poſt. Vel hîc ex maleficio vēditoris publicat⁹ erat:ibi non.

e *Vt pretium*. tibi ſolutum.alij dicūt à fiſco acceptū: quod eſt falſum, cùm nil ſit à fiſco fortè acceptum.

f *Lucrum*. vt.ſ.eo.l.ſi in lege.§.colon⁹. Azo. eſt autē hîc caſus ſpecialis vt lucrū veniat, ſicut & aliàs: ſed regulariter cōtra: vt dixi.ſ. de eo quod certo lo. l.ij.§.fin.

g *Debebis*. niſi ſciēs alienum vt ſuū locauit: vt.ſ.e.l.ſi vno.§. pe. & ȷ.e.l.& hæc diſtinctio. in fin.ȷ.reſpon.& ſ.e.ſi quis domum.quę ſunt cōtra.ſimilis diſtinctio eſt etiā.ſ.eod.l.qui inſulam.in princi. &. §.ȷ. item facit.ſ.e. itē quæritur. §. exercitu. & .l. nos videamus.

h *Et hæc diſtinctio. Auerſione*.i.recepto à conductore periculo vel aduerſitate.Sed nōne tunc conductor periculū violētiæ vel caſus fortuiti ſenſit:vt.ſ. eo.itē quæritur.§.ſi gēma?Reſpon.non: quia culpam etiā leuiſſimā videtur promiſiſſe, nō caſum:vt.ȷ.e.l.opus,§. quod verò.Accur.

† Quod ſit cùm non in ſingulos habitationis dies,aut in ſingula cœnacula domus locata eſt Ant. Auguſt.lib. 3. emēda. ca 6.

i *Prohibeat*. quia ille in ſolidū tenetur: vt.ſ. eod.ſi quis domum. §. quid tamen.

k *Conſultò*, aduerbiū eſt,id eſt ſtudioſè.

l *Ex conducto*. imò videtur hæ actiones ceſſare:ut.ſ.communi diuid.l. ſi conuenit.quæ eſt cōtra.Sol.hîc cōuenerūt certo pretio prius cōſtituto,vt hîc dicit.ibi vero ſine pretio cōuenerūt,vt alterius annis fruerentur.vnde non potuit ſtare ſine mercede in pecunia cōuenta:vt.ſ.depoſi.l.ȷ.§. ſi quis ſeruum.vel melius hîc impropriè dicitur locatio. ſic etiam dicitur C.eo.ſi olei.& ideò datur præſcript.verb.actio: vt infra de præſcript.verb.l.naturalis.§.at cum do.Accur.

m *Damnum*.quaſi dicat,ſic.Accur.

actione ex conducto, vt mihi frui[a] liceat: quamuis per te non ſtet quò minus id præſtes: quemadmodum, inquit, ſi inſulam ædificandam locaſſes,[b] & ſolum corruiſſet, nihilo minus[c] teneberis. Nam & ſi vendideris mihi fundum,iſque priuſquam vacuus traderetur, publicatus fuerit, tenearis ex empto.[d] quod hactenus verum erit, vt pretium[e] reſtituas, non vt etiam id præſtes ſi quid pluris mea intereſt eum vacuum mihi tradi. Similiter igitur & circa conductionem ſeruandum puto, vt mercedem quam præſtiterim,reſtituas: eius ſcilicet temporis, quo fruitus non fuerim. nec vltra actione ex conducto præſtare cogeris. Nam & ſi colonus tuus fundo frui à te, aut ab eo prohibetur quem tu prohibere ne id faciat poſſis, tantum ei præſtabis,quanti eius interfuerit frui: in quo etiam lucrum[f] eius continebitur. Sin verò ab eo interpellabitur quem tu prohibere propter vim maiorem aut potentiam eius non poteris, nihil amplius ei quàm mercedem remittere aut reddere debebis,[g]

### XXXIIII. Gaivs *libro decimo ad Edictum Prouinciale.*

Perinde ac latronum incurſu id acciderit.

### XXXV. Africanvs *libro octauo Quæſtionum.*

Et hæc diſtinctio conuenit illi quæ à Seruio introducta, & ab omnibus ferè probata eſt, vt ſi auerſione[h] † inſulam locatam dominus reficiendo, ne ea conductor frui poſſit effecerit: animaduertatur, neceſſariò nécne id opus demolitus eſt. Quid enim intereſt, vtrum locator inſulæ propter vetuſtatem cogatur eam reficere, an locator fundi cogatur ferre iniuriam eius quem prohibere non poſſit? Intellegendum eſt autem nos hac diſtinctione vti de eo qui & ſuum prædium fruendum locauerit,& bona fide negotium contraxerit: non de eo qui alienum prædium per fraudem locauerit, nec reſiſtere domino poſſit quò minus is colonum frui prohibeat,[i]

Inter ſocios eiuſdem rei, ſi ſit locatio alternis annis, habet locum actio ex locato, & etiam actio ex conducto, & illa quæ ex communione deſcendit.Bar.

Cùm fundum communem habuimus, & inter nos conuenit, vt alternis annis certo pretio eum conductum haberemus: tu cùm tuus annus exiturus eſſet, conſultò[k] fructum inſequentis anni corrupiſti. Agam tecum duabus actionibus, vna ex conducto,[l] altera ex locato. Locati enim iudicio mea pars propria, conducti autem actione tua dumtaxat propria in iudicium venient. Deinde ita notat: Nónne quod ad meam partem attinebit, communi diuidundo præſtabitur à te mihi damnum?[m] Rectè quidem notat,[n] ſed tamen etiam Seruij ſententiam veram eſſe puto, cum eo ſcilicet,vt cum alterutra actione rem ſeruauerim,[o] altera perimatur. Quod ipſum ſimplicius[p] ita quæremus,[q] ſi proponatur, inter duos qui ſingulos proprios fundos haberent, conueniſſe, vt alter alterius ita conductum haberet, vt fructus mercedis[r] nomine penſaretur.[ſ]

Qui ſuſcipit in ſe periculum operis,tenetur quoad opus approbetur: & qui debet opus ad menſuram, tenetur quoad menſuretur.quod intelligitur de periculo ſaltem leuiſſima culpa contingēte.h.d.B. Primò loquitur quando interuenit culpa leuiſſima: vſque ibi,ſi tamen.Secundò,quādo nulla culpa interuenit,vſque ad .l. ſi prius.

### XXXVI. Florentinvs *libro ſeptimo Inſtitutionum.*

Opus quod auerſione[t] † locatum eſt, donec adprobetur,conductoris[u] periculum eſt. Quod verò ita conductum ſit, vt in pedes[x] menſuráſve præſtetur,[y] eatenus conductoris periculo eſt, quatenus admenſum nō ſit:& in vtraque[z] cauſa nociturū locatori, ſi per eum ſteterit quò minus opus adprobetur[a] vel admetiatur.Si tamē vi maiore opus prius interciderit quàm adprobaretur, locatoris periculo eſt,

n *Notat*. non reprehendendo quod eſt dictum, ſed quod minus dictum.Accur.

o *Rem ſeruauerim*. id eſt intereſſe.Azo.

p *Simplicius*.id eſt manifeſtius. Accur.

q *Quæremus*.id eſt inueniemus in proximo caſu.

r *Mercedis*.conuētæ.

ſ *Penſarentur*. id eſt compenſarentur. Acc.

*Opus*.] Casvs. Locaui tibi domum faciendā, vt donec approbaretur, eſſet tuo periculo.ſeruabitur pactū.Idem ſi tacitè hoc conueniat, vt quia dixi pro omni pede quem mihi menſurabis,dabo tibi.x. nam tuum periculū eſt donec menſures. Tertiò, ſi fuero in mora vel approbādi,vel menſurādi: definit eſſe in ſuo periculo.Quartò exponit prima duo dicta,ſcilicet quòd periculum ſit cōductoris, niſi adueniat caſus fortuitus. tūc enim locatoris eſt, ſi modo erat probabile. aliàs eſt conductoris: vt infra. l. proxi. Viuianus.

t *Opus quod auerſione*. id eſt vt periculum ad conductorem ſpectet.

u *Conductoris*. ſi eius culpa leuiſſima interuenit.ad hāc enim proficit hæc pactio: vt infra ea.l.§. ſi tamen &c. Item ſi approbādū nō erat: vt.ȷ.eod.l.proxi. Et ſic not. hîc manifeſtè periculum non accipi pro fortuito caſu, ſed pro eo vbi ſaltē leuiſſima culpa fuit: vt ſupra commo.ſi vt certo. §. nunc videndum. Sed argu. contra ſupra eo.l.item quæritur.§.ſi gēma. & dic vt ibi dixi. ſic ergo pactum auerſionis vel ſimile culpam leuiſſimam comprehendit, non caſum fortuitum.

† An. Aug. lib.3.c.1.&2. Nou. 64. de hortulanis ex tranſlatione Haloandri. vide. l. vlt. ſ. ad. l. Rhod. Pactum auerſionis quid cōprehendit.

x *Vt in pedes*. ſcilicet ſingulos.

y *Præſtetur*. ſcilicet merces.Accur.

z *In vtraque*. ſcilicet cùm ſuo periculo quis conducit: & tamen in ſingulas menſuras eſt merces conuenta.

a *Adprobetur*.vel menſuretur,in ſecundo caſu.ſic infra eod. l. Marcius.&.l.in fin.Azo.

Locatori.

niſi ſi aliud actum ſit. Non enim amplius præſtari locatori [a] oporteat, quàm quod ſua cura [b] atque opera conſecutus eſſet.

XXXVII. IAVOLENVS *libro octauo ex Caßio.*

SI prius quàm locatori opus ꝓbaretur, vi aliqua cõſumptum eſt: detrimentum ad locatorem [c] ita pertinet, ſi tale opus fuit, vt probari deberet. [d]

Locator operarum debet habere mercedem totius temporis, ſi per eum fiat: idem in aduocato. Bartolus.

XXXVIII. PAVLVS *libro ſingulari Regularum.*

QVi operas ſuas locauit, totius temporis mercedẽ accipere debet, [e] ſi per eũ non ſtetit [f] quò minus operas præſtaret. Aduocati quoque, ſi per eos non ſteterit [g] quò minus cauſam agant, honoraria reddere non debent. [h]

Qui locat rem ſuam, non transfert dominium in conductorem. hoc dicit. Pau. de Caſt.

XXXIX. VLPIANVS *libro ſecundo ad Edictum.*

NOn ſolet [i] locatio dominiũ mutare.

Qui promiſit cuſtodiam, tenetur de periculo, & damno dato ab alio quod potuit per cuſtodiam reparari. h.d. cum. l. ſeq. Bart.

XL. GAIVS *libro quinto ad Edictum Prouinciale.*

QVi mercedem accepit pro cuſtodia alicuius rei, is huius periculum cuſtodiæ [k] præſtat.

XLI. VLPIANVS *libro quinto ad Edictum.*

SEd de damno ab alio dato, agi cum eo non poſſe Iulianus ait. [l] qua enim cuſtodia conſequi potuit ne damnum iniuria ab alio dari poſſit? [m] Sed Marcellus interdum [n] eſſe *poſſe ait, ſiue cuſtodire potuit [o] ne damnum daretur, ſiue ipſe cuſtos [p] damnum dedit. quæ ſentẽtia Marcelli probanda eſt.

*Vulg. agi poſſe.

Hæc actio concurrit cum actione furti & leg. Aquilia. tamen altera quis debet eſſe cõtentus. hoc dicit. cum. l. ſeq. Bart.

[a] *Locatori.* ſi approbandum erit, aliàs non, vt infra. l. proxi.

[b] *Sua cura.* etiam ad exactiſſimam diligentiam. hoc enim facit periculi receptio, non tamen vt caſum præſtet: vt hîc, &. §. cõmo. l. ſi vt certò. §. commodatum. & dixi in prin. huius legis. Accur.

[c] *SI priuſquam. Ad locatorem.* etiam vt præſtet mercedem nihilo minus. Azo. & intellige. l. quando opus auerſione fuerit locatum. Accurſius.

[d] *Deberet.* idem ſi non debuit approbari, non tamẽ vitio operis erat: vt. ꝭ. eo. in. l. ea lege. §. fin. & l. fi. & facit. ꝭ. de dam. infec. l. fluminum §. j. Accurſius.

[e] *QVi operas. Debet.* ſi nõ fuit cum alio: vt ſupra eo. ſed ad des. §. fi. & ſupra de offic. aſſeſ. l. diem. Idem ſi potuerunt eſſe, argu. huius legis. Accur.

[f] *Non ſtetit.* vt & infra de ann. leg. l. Mæuia. in princ. & ſupra ad leg. Rho. de iac. l. fi. in prin.

[g] *Non ſteterit.* ſecus ſi ſteterit per eos: vt. C. de cõdic. ob cauſam. l. aduocationis. De hac materia plenè diximus ſupra eo. l. ſi vno. §. itẽ cùm quidam. Accur.

[h] *Non debent.* vt &. C. de condic. ob. cau. l. pe. & ꝭ. de variis & extraord. cog. l. j. §. diuus.

[i] *NOn ſolet.* Dic caſum, quòd dominus rem ſuam conducẽdo, nõ amittit dominiũ: vt hîc, &. C. eo. qui rem. Vel dic quòd locator non transfert dominium per locationem, quia non hoc agitur. fallit in caſu: vt ſupra eo. l. in naue.

[k] *QVi mercedẽ. Cuſtodiæ.* id eſt ſi contingat propter cuſtodiam non adhibitã: & ſic ad exactiſſimam diligentiam. Ioan. aliàs niſi ſpecialiter pro cuſtodia mercedem reciperet, tenetur de leui culpa: vt ſupra nau. cau. ſta. l. idem. §. ſi gratis. & l. nauta. Accur.

[l] *SEd de damno. Iulianus ait.* vt infra de dam. infec. l. fluminum §. hæc ſtipulatio. &. §. idem Seruius. Sed arg. contra in eo. titu. l. qui bona. §. cùm inter.

[m] *Poßit.* certè nulla: vt hîc, &. C. de pig. act. l. quę fortuitis. & ſupra de. act. empt. l. ſi ea res. & ſupra commoda. l. ad eos.

[n] *Interdum poſſe.* aliàs interdum poſſe, & aliàs intereſſe: vt ſcilicet teneatur de damno dato ab alio. hoc eſt ſiue cuſtodire potuit, &c.

[o] *Cuſtodire potuit.* quo caſu tenetur: vt ſupra eo. l. in lege. in fin. & l. qui inſulam. §. qui mulas.

[p] *Cuſtos.* cuius factum debet conductor præſtare: vt ſupra nau. cau. ſta. l. fi. in principio.

[q] *SI locatum tibi. Subripias.* ſcilicet contrectando contra meam voluntatem aliter quàm acceperis: vt arg. inſtit. de oblig. quæ ex delic. §. placuit.

ff. Vetus.

XLII. PAVLVS *libro tertiodecimo ad Edictum.*

A SI locatum tibi ſeruum ſubripias, [q] vtrumq; iudicium aduerſus te eſt exercendum, locati actionis, & furti.

XLIII. IDEM *libro vicenſimoprimo ad Edictum.*

SI vulneraueris ſeruum tibi locatum, B eiuſdem vulneris nomine legis Aquiliæ & ex locato actio eſt, ſed alterutra contentus actor eſſe debet. [r] ídque officio [ſ] iudicis continetur, apud quem ex locato agetur.

XLIIII. VLPIANVS *libro ſeptimo ad Edictum.*

LOcare ſeruitutem nemo poteſt. [t]

Damnum datum à ſeruis locatoris, non venit in hac actione. Bartolus.

XLV. PAVLVS *libro vicenſimoſecundo ad Edictum.*

C SI domum tibi locauero, & ſerui mei tibi damnum dederint, vel furtũ fecerint: non teneor tibi ex cõducto, [u] ſed noxali actione.

Damnum datum ab homine locato, non venit in hac actione, ſed locatori nil poteſt imputari.

Si hominem tibi locauero vt habeas in taberna, & is furtum fecerit, dubitari poteſt vtrum ex conducto actio ſufficiat, quaſi longe ſit à bona fide actum, [x] vt quid patiaris detrimenti per eam rem D quam cõduxiſti: an adhuc dicendum ſit, extra cauſam conductionis eſſe furti crimen. & propriã [y] perſecutionem cadere hoc delictum. quod magis eſt. [z]

Non valet locatio facta vno nũmo. Bartolus.

XLVI. VLPIANVS *libro ſexagenſimonono ad Edictum.*

SI quis conduxerit nũmo vno, conductio nulla eſt: [a] quia & hoc donationis inſtar inducit.

Ex hoc contractu poſſunt conſtitui duo rei, nec habebunt beneficium E diuiſionis ſecundum iſta tempora: ſed beneficium ceſſionis ſic. h.d. hodie verò habent beneficium diuiſionis per auth. de duobus reis. in corpore. Bartolus.

[r] *SI vulneraueris. Eſſe debet.* vt hîc, & infra de act. & obliga. l. qui ſeruum. §. ſi is. Sed contra infra de priua. delic. l. ij. Sed ibi ſemper eſt vna pœnalis merè, quæ non tollitur per rei perſecutoriam: hîc autem ambæ rei perſecutoriæ. Item ibi ex diuerſis delictis, hîc vnum.

[ſ] *Officio.* ſcilicet exceptione propoſita: vt dicta. l. qui ſeruum. Acc.

*LOcare.*] CASVS. Habeo ſeruitutẽ eundi per agrum alienum quem volo alij locare. non poſſum. Viuia.

[t] *Nemo poteſt.* vel dominus rei, vel cui debetur ſeruitus prædialis. & hoc in ſeruitutibus rerum. ſecus in perſonalibus: vt in vſufruc. & ſimilibus: vt ſupra de vſufruct. l. arboribus. §. ij. & inſti. de vſu & ha. §. minus. quæ ſũt contra differunt & in alio reales à perſonalibus: vt infra de pig. l. ſi is qui. §. pe. &. §. fin. Accurſius.

*SI domum.*] CASVS. planus eſt vſque ad §. ſi hominem. [SI HOMINEM.] Locaui tibi hominem, vt haberes eum in butica tua, vel alia negotiatione. is furtum tibi fecit. quæritur, an teneor tibi ex cõducto, vel etiam act. noxali? Et reſpon. quia noxali teneor tibi. Lex ſeq. clara eſt. Viuianus.

[u] *Ex conducto.* Sed econtra ſi ſerui conductoris damnum dederint in re locata, ex locato erit actio in conductorem: vt ſupra. e. l. videamus.

[x] *Actum.* hoc ſcilicet vt &c.

[y] *In propriam.* furti noxalem.

[z] *Quod magis.* ſcilicet vt in propriam perſecutionem cadat, cum certã perſonam ignorans eam vitioſam locaui, alioquin contra: vt ſupra de pig. act. l. ſi ſeruus datus pig. & ſupra cõmo. l. penult. ſed ſi incertam, contra eſt: vt ſupra eo. l. cũ in plures. §. ſeruum meum. ſecundum Azo.

[a] *SI quis conduxerit. Nulla eſt.* vt infra de acqui. poſ. l. ſi quis antè. §. fi. Sed contra. ꝭ. de iure do. l. ſi vſuſfru. Solu. ibi ſpeciale. quia ex neceſſitate fit. Sed cur ſecus in venditione quæ valet facta pretio minori cauſa donationis: vt ſupra de contrahen. empt. l. ſi quis donationis. & infra de donat. inter vi. & vxo. ſi ſponſus. §. circa? Reſpon. & ibi fortè non valet in vno nummo, vel tam viliter facta.

*CVm apparebit.*] CASVS. Locaui rem duobus. vel vendidi. an ambo teneantur in ſolidum? Dicunt quidã, ſi ſoluẽdo ſunt, tenentur pro partibus: ſed verius eſt vt in ſolidum, iure iſto. Vi.



UNED

LLVII. MARCELLVS *libro ſexto Digeſtorum.*

A

CVm apparebit emptorem [a] conductorémve pluribus [b] vendentem vel locantem, ſingulorum in ſolidum intuitum perſonam: ita demum ad præſtationem partis [c] ſinguli ſunt compellendi, ſi conſtabit eſſe omnes ſoluendo: quanquam fortaſſe iuſtius [d] ſit, etiam ſi ſoluendo omnes erunt, electionem conueniendi quem velit, non auferendam actori, ſi actiones ſuas aduerſus cęteros pręſtare non recuſet. [e]

Poteſt quis locare quod conduxerat, & in hac actione contra nõ reſtituentem iuratur in litem. Bartolus.

XLVIII. IDEM *libro octauo Digeſtorum.*

SI cui locauerim faciẽdũ quod ego conduxeram, conſtabit habere me ex locato actionem. [f]

Qui ſeruum conductum, vel aliam rem nõ immobilem non reſtituit: quanti in litem iuratum [g] fuerit, damnabitur.

Tutor vel curator ante redditas ſuas rationes prædia Cæſaris conducens, vt falſarius punitur. Ac. P.

C

XLIX. MODESTINVS *libro ſexto Excuſationum.*

OI ἐπίτροποι γενόμενοι ἢ κουράτορες, πρὶν ἐκλίσαι τὰ τῆς κηδεμονίας, μισθωταὶ Καίσαρος γενέσθαι κωλύονται. Κἂν τὶς ἀποκρυψάμενος τοῦτο, προσέλθῃ τῇ μισθώσει τῶν τοῦ Καίσαρος χωρίων: ὡς παραποιήσας κολάζεται. τοῦτο ἐκέλευσεν ὁ αὐτοκράτωρ Σεβῆρος. Κατὰ ταῦτα δὲ καὶ οἱ χειρίζοντες ἐπιτροπὰς ἢ κουρατορείας, εἰσὶν κεκωλυμένοι μισθοῦσθαι καὶ παρὰ τοῦ ταμιείου χωρία.* [id eſt. Tutores curatoréſve conſtituti, priuſquam officij ſui rationes reddant, prohibentur ne quid de patrimonio Cæſaris conductum habeant. ac ſi quis id diſſimulans, nihilo minus ad conducenda Ceſari prędia acceſſerit: perinde vt falſarius pœna adficitur: hócque ſanxit imperator Seuerus. Secũdum quæ ſanè prohibiti erũt & à fiſco conducere, qui tutelam curámve gerunt.]

D

Qui ignorat qualitatem perſonæ, non punitur, ſi cum eo cõtraxit tanquam cum quolibet. B.

L. IDEM *libro decimo Pandectarum.*

SI ignorans [h] quis militi quaſi pagano locauerit: exigere illum poſſe probandum eſt. non enim contemnit [i] diſciplinam, † qui ignorauit militem.

Pretium appoſitum pro locatione, non extenditur vt ei noceat. Bartolus.

LI. IAVOLENVS *libro vndecimo Epiſtularum.*

EA lege [k] fundum locaui, vt ſi non ex lege coleretur, relocare eum mihi liceret, & quo minoris [l] locaſſem, hoc mihi præſtaretur: nec conuenit vt ſi pluris locaſſem, hoc tibi præſtaretur: & cùm nemo fundum colebat, pluris tamen locaui, quæro, an hoc ipſum præſtare debeam. Reſpondit. In huiuſmodi obligationibus id maximè ſpectare debemus, quod inter vtramque partem conuenit. Videtur autem in hac ſpecie id ſilentio conueniſſe, ne quid præſtaretur ſi ampliore pecunia fundus eſſet locatus, id eſt vt hęc* ex conuentione pro locatore [m] tantummodo interponeretur.

B

Qui locauit operas ſuas vt certum opus faceret: tenetur de operis vitio, ſiue vna penſio, ſiue in ſingulos dies præſtita fuerit. qui autem operas ſuas ſingulis diebus locat, nec ad certum tempus ſe aſtringit, de vitio operis non tenetur. hoc dicit. quem. §. no. quia eſt ſingularis. Bartolus.

Locaui opus faciendum ita, vt pro opere redemptori certam mercedem in dies ſingulos darem. opus vitioſum factum eſt. [n] an ex locato agere poſſim? Reſpondit: ſi ita opus locaſti, [o] vt bonitas eius tibi à conductore adprobaretur: [p] tametſi conuenit vt in ſingulas operas certa pecunia daretur, præſtari tamen tibi à conductore [q] debet, ſi id opus vitioſum factum eſt. Non enim quicquam intereſt, vtrum vno pretio opus, an in ſingulas operas collocatur, ſi modò vniuerſitas [r] conſummationis ad conductorem pertinuit. Poterit itaque ex locato cum eo agi, qui vitioſum opus fecerit: niſi ſi ideo in operas ſingulas merces conſtituta erit, vt arbitrio domini opus efficeretur. [ſ] tum enim nihil conductor præſtare domino de bonitate operis videtur.

Si in quantitate mercedis erretur, ſtatur voluntati eius, qui mercedem recipere debet. Bar.

E

LII. POMPONIVS *libro trigenſimoprimo ad Qu. Mucium.*

SI decem tibi locem fundum, tu autem exiſtimes quinque te conducere: nihil agitur. [t] Sed & ſi ego minoris me locare ſenſero, tu pluris te conducere: vtique non pluris erit conductio, quàm quanti ego putaui. [u]

Qui fideiubet pro conductore conductoris, principali domino non tenetur. Bartolus.

LIII. PAPINIANVS *libro vndecimo Reſponſorum.*

QVi fideiuſſor extitit apud mancipem [x] pro colono publicorum prædiorum, quæ manceps ei colono locauit

a *Cum apparebit emptorem.* id eſt venditorem, & conductorem, id eſt locatorem: vt hîc, &. ſ. tit. j. l. idẽ eſt. Vel propriè pone, vt qui emit rem, locet pluribus eãdem rem, vel qui conduxit: vt. j. e. l. inſulam. in prin. & redde ſingula ſingulis.

b *Pluribus.* ſimul. Acc.

c *Partis.* ſcilicet mercedis rei.

d *Iuſtius.* ſ. iure iſto: vt hîc, & ĩfra de duo. re. l. eandem. &. C. e. l. ſi diuiſa. §. j. & ar. ſ. e. item quærit. §. duo rei. Sed hodie iniquius eſt: vnde corrigitur quòd hîc dicitur: vt in authẽ. de duo. re. §. j. coll. vij.

e *Non recuſet.* ſcilicet pro parte, non autem in ſolidũ: arg. ſ. de pecul. l. quæſitum. in. §. ij. Accurſius.

f SI *cui. Actionem.* ſcilicet vtilem: vt. j. de verb. obli. l. ſtipulatio iſta. §. itẽ ſi quis locauerit. quod expone vt ibi, nemo enim, &c. vt. C. eo. l. nemo.

g *Iuratũ.* eſt enim bonæ fidei, & ideo in litẽ iuratur: vt hîc, & ſupra de in litem iuran. l. in actionibus. prius enim poſſeſſio eſt reſtituenda, & poſt de proprietate litigetur: vt. C. eo. l. ſi quis conductionis. hodie etiam in duplũ tenetur, qui rem non reſtituit ſine iudicio: vt C. eo. l. cõductores. & C. vnde vi. l. non ab re. Accurſius.

h SI *ignorans.* ſecus ſi ſciens eſſet: vt. C. eo. l. miles. & l. fi. Azo.

* In vul. edit. deeſt latina interpretatio hui⁹. l. in antiquo autẽ manuſcr. notat. eſſe Græca lex Piſis. Modeſtini li 6. excuſationum. Alciatus autẽ lib. 2. diſp. ca. 2. eam ex Bolognini vel Politiã. libris, aucto re diſſimulato. tranſcripſit.

i *Contemnit.* Sic ergo non cõtemnit clericalem habitum, qui clericũ laici more incedentem verberat, vel caſtigat: vt ar. C. de epiſc. & cle. l. generaliter. & ar. eius quod de domina dicitur more meretricio incedẽte: cui ſi quis fuerit iniuriatus, nõ tenetur: vt. j. de iniur. l. item apud Labeonem. §. ſi quis virginem.

k E *A lege.* ſ. qua dictum erat.

l *Minoris.* id eſt minore mercede accepta.

m *Pro locatore.* & ideo quia eius fauore interpoſita eſt cõuentio, nõ eodem iure vtetur aduerſarius in caſu conuerſo. Eſt tamẽ arg. cõtra inſti. pro ſocio. §. illud. Item no. hîc quòd aliquid poteſt quis poſtulare, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus. Sed argu. contra. C. de ſolu. l. penult. Item facit huic reſpon. ſupra eod. item quæritur. §. ſi in lege. Accur.

† Huius dicti rationem pulchrè explicat Ariſto. lib. 3 Eth. ca. 1.

n *Factum eſt.* propter vitioſam materiam, vel propter imperitiam facientis, & ſic culpa redemptoris, non autem propter vitium ſoli naturale: vt infra eod. l. Martius.

o *Locaſti.* mutat perſonas de prima ad ſecundam.

p *Adprobaretur.* arbitrio boni viri: vt ſupra eo. l. ſi in lege. in princ. Accurſius.

* Vulg. hæc conuentio.

q *A conductore debet.* quantum intereſt.

r *Vniuerſitas.* id eſt ſi vniuerſum opus perficere debuit. Azo.

ſ *Efficeretur.* i. ideo in ſingulos dies conduxit operas: vt ſi aliquando diſpliceat, refutet eum: & ſic factum eſt: vnde cùm cõſummato opere videat ſingulis diebus approbaſſe, nõ poteſt reprobare: vt. ſ. de neg. geſt. l. Põpo. Acc.

t SI *decem. Agitur.* in eius præiudiciũ.

u *Putaui.* ſi bene notaueris, ille non poteſt recedere, qui de minori ſumma ſẽſit. nec ob. j. de verb. obliga. l. j. §. pen. vbi in ſtipulatione dicitur q ſiue reſpondeat in minus, ſiue in plus, valet vſq; ad concurrentẽ quantitatem: quia illud ibi fit ſine alterius dãno, quod hîc nõ eſſet. Item ideo hîc non valet, quia cõſentire debent contrahentes: vti. j. de act. & obli. l. in omnib⁹. & plenè dixi ſupra de cõtrahen. empt. l. in vẽditionibus. Accur.

QVi *fideiuſſor.*] CASVS. Quidã conduxit à principe redit⁹ vnius prouinciæ: poſtea aliqua prædia de fiſcalib⁹ illius prouincię locauit alij, & accepit fideiuſ. hîc fideiuſ. non tenetur fiſco. Viuia.

x *Apud mancipem.* [a] id

a] Pulchrę Budæus hîc, quis mãceps dicatur, diſſerit. tu illũ videto.

eſt apud côductorem publicarum ſalinarum:vt.C. de vec. & cõ. l.ſi quis ſine perſona.& ſic manceps publicum prædium locabat. vel largius hîc ponitur pro publicano,qui fortè in quinquenniũ à principe côduxit:vt.C.eo.l.ſi cum Hermes . & particulatim relocat:vt hîc dicit.Accurſius.

A conſtitutiones loquebantur cùm in incertam ſummam interuenit.& ſic etiam ſoluitur ſupra de eo quod cer. lo. l. centum. &. l. ſi.Item cõtra Io.ſi fideiuſſit pro eo quod eum dare oportet, ergo nõ tenetur de vſuris currẽtibus poſtea:vt.ꝫ.de verb.oblig.ſi à colono?Rñ.non fideiubet ſic.tunc enim non tenetur de futuro,ſed ita,fideiubeo:tunc etiã futura ſors, nedũ vſura,venit:vt ſupra de iudi. l. non quemadmodum.vbi autẽ in quantitatem certã interceſſit,vltra teneri non poteſt: vt. ꝭ. qui ſatiſda. cog.l.ij.ꝭ. fin. Itẽ contra Io.C.quod cũ eo.l. ſi mãdator.ſed ibi ſubaudi,maximè. nã idem ſi nõ ſpecialiter omnibus conſenſit.Item cõtra Io. eſt infra ad municip.libertus.ꝭ.fi. Sed ibi in quantitatem certam, vel quaſi certam interceſſit.ſ.rempublicam ſeruare indemnẽ: vnde vltra non tenetur. Vel dic ſpeciale in his qui pro officialibus reip.fideiubent: vt infra ad municip. l. Lucius.ꝭ.Paulus. Accur.

a *Non tenetur*. licèt mancipi teneatur.

b *Manent*. vt & ſupra eo.ſi in lege.ꝭ.j.

Q*Uæro*.] CASVS. Fideiuſ. qui interceſſerit pro colono, tenetur in vſuris ex mora coloni in tribus caſibus. Primo, ſi interceſſit in omnem cauſam. Secundo, ſi ſcit in quantum apparebit illum debere. Tertio, ſi promiſit indemnitatẽ ſtipulatori.vſque ad.ꝭ. Paulus.[PAVLVS.] Locaui fundũ in quo erat colonus ſeruus meus: & hunc dedi conductori æſtimatum pro x.ſi periit,emendat colonus.Viuianus.

c *Non illatarum*. id eſt non ſolutarum.

d *Conſtitutiones*. quas non habemus, niſi dicas leges quas ſtatim cõtra Io. inducam, eas eſſe conſtitutiones.

e *Applicetur*. vt ſupra de nego.geſt.quia tantundem.quod in obligatione fideiuſſoris nõ habet locum,cũ ſit ſtricti iuris.Accurſius.

f *Præſtabis*. quod tantũdem valet. & diſtingue hîc plenius, cùm fideiuſſor interceſſit: ſi dicat pro ſorte iſta, nõ tenetur in vſuris: vt.ꝫ. de fideiuſ. l. fideiuſſores magiſtratuũ.ꝭ. j. & ꝭ.qui ſatiſd.co.l.ij.ꝭ.fi. ſed ſi pro parte ſortis, nõ tenetur in plꝰ: vt.ꝫ. de fideiuſ.l.ſi fideiuſſor ſortis. ſed ſi pro vſuris tantũ,non tenetur pro ſorte: vt.ꝭ. de pig.ac.l. ſolutũ.ꝭ. ij. & infra vt leg. vel fideic. no. ca.l. pe.ſed ſi ſimpliciter interceſſit, vtputa fideiubeo pro iſto,diſtinguit P.an ſint vſuræ debitæ per ſtipulationem,an per pactũ.an per officiũ iudicis, vt in bo.fi. contractu. In primo caſu.ſ. quando vel per ſtipulationẽ, vel per pactũ,tenetur & pro ſorte & pro vſuris.In ſecũdo,quãdo per officiũ iudicis:pro ſorte tantũ,cùm nõ ſint in obligatione:vt. ꝭ. de eo quod cer.lo.cẽtũ.Io. verò dicit ſemper eum in vſuris teneri,ſi ſimpliciter interceſſit,quaſi videantur omnia ſolemniter acta:vt inſti.de fideiuſ.in fi.& pro eo.ꝫ.de fideiuſ.ſi quis pro eo.ꝭ. ſi nũmos.&.l. amiſſi. ꝭ. fideiuſſores.&.ꝫ.de admi.re.ad ci. perti.l.ij.ꝭ. pe.&.ꝭ.fi.&.ꝫ.vt le.no.ca.l.j.ꝭ.belliſſime.&.l.pe.&.ꝫ.rem pu.ſal. fo.l.ſi poſtea.&.C.de vſur.pu.l.ij.vbi vnus tutor etiam in vſuris tenetur pro mala geſtione alterius.quanquã ibi quaſi pro ſeipſo teneri videatur, ꝙ eũ ſuſpectum non remouerit: vt ibidem dicitur.Sed cõtra Io.eſt in primis: quia quomodo fideiuſſor tenetur ad vſuram quæ debetur ex officio.i. cum ipſe fideiuſſor teneatur actione ſtricti iuris? Rñ.ipſe conuenitur propter morã alterius, non propter moram ſuam,tamen ex promiſſione ſua. Item contra Io.eſt princip.huius legis, nec proſint, &c. licèt & ibi in modum oppoſitionis cui reſpondeatur,inducatur. Sed reſpon. illæ ff. Vetus.

cauit:reipublicæ non tenetur, [a] ſed fructus in eadem cauſa pignoris manent. [b]

Fideiuſſor qui in omnem cauſam intercedit, vel fideiubet iudicatum ſolui, vel indemnitatem promiſit: tenetur ad ſortem & vſuras etiam officio iudicis venientes.hoc dicit. vel breuius: Qui fideiubet in omnem cauſam tenetur de vſuris & omni quantitate. Bartolus.

LIIII. PAVLVS *libro quinto Reſponſorum*.

QVæro, an fideiuſſor conductionis etiam in vſuras non illatarum [c] penſionum nomine teneatur, nec proſint ei conſtitutiones, [d] quibus cauetur, eos qui pro aliis pecuniam exſoluunt,ſortis ſolummodo damnũ agnoſcere oportere. Paulus reſpondit, ſi in omnem cauſam conductionis etiam fideiuſſor ſe obligauit: eum quoque exemplo coloni, tardius illatarum per moram coloni penſionum præſtare debere vſuras. Vſuræ enim in bonę fidei iudiciis etſi non tam ex obligatione proficiſcantur, quàm ex officio iudicis applicentur: [e] tamen cùm fideiuſſor in omnem cauſam ſe applicuit, æquum videtur, ipſum quoque agnoſcere onus vſurarũ: ac ſi ita fideiuſſiſſet, *In quantum illum cõdemnari ex bona fide oportebit, tantum fide tua eſſe iubes?* vel ita, *indemnem me præſtabis?* [f]

Promiſſio de non expellẽdo,intelligitur, ſi colonus in ſolutione penſionis per biennium non ceſſauerit.Bartolus.

Inter locatorem fundi & conductorem conuênit,ne intra tempora [g] locationis Seius conductor de fundo inuitus repelleretur:& ſi pulſatus eſſet,pœnam decem præſtet Titius locator Seio conductori: vel Seius conductor [h] Titio, ſi intra tempora locationis diſcedere vellet, æquè decem Titio locatori præſtare vellet. quod inuicem de ſe ſtipulati ſunt.Quæro,cùm Seius cõductor biennij [i] continui penſionem nõ ſolueret, an ſine metu pœnæ expelli poſſit.

B Paulus reſpondit.quãuis nihil expreſſum ſit in ſtipulatione pœnali de ſolutione penſionum: tamen veriſimile eſſe, ita conueniſſe de non expellendo colono intra tempora præfinita, ſi pẽſionibus paruerit, [k] & vt oportet, coleret:& ideo ſi pœnam petere cœperit is qui pẽſionibus ſatis non fecit, profuturam locatori doli exceptionem.

Æſtimatio facit tranſire periculum rei in accipientem.Bart.

C Paulus reſpondit: Seruum † qui æſtimatus [l] colonæ adſcriptus eſt, ad periculum colonæ pertinebit: & ideo ęſtimationem huius [m] defuncti ab herede colonæ præſtari oportere.

† Vulg. ſeruus.

Domini horreorum non tenentur de effractura, niſi cuſtodiam promiſerint: cuſtodes tamẽ exhibere tenentur.hoc dicit.quod no. Bartolus.

LV. IDEM *libro ſecundo Sententiarum*.

D DOminus horreorum effractis [n] & compilatis [o] horreis non tenetur, niſi cuſtodiam eorum receperit. [p] Serui tamen eius cum quo contractum eſt, propter ædificiorum notitiam in quæſtionem peti poſſunt.

Quod inquilinus expendit in meliorando domum: poteſtã domino repetere.Bartolus.

In conducto fundo ſi conductor ſua opera aliquid neceſſario

g *Intra tempora*.ſtatuta inter eos, puta quinquennium.

h *Conductor*. ſub hoc tenore verborum comprehenſorum pacto, ſi intra,&c.

i *Bienij*.no. in colono ſimplici biẽnium conſiderari: vt.ꝫ.eo.l.cùm domini.Idẽ in emphyteuta eccleſiæ:vt. C.de ſacroſanct.eccle. auth. qui rem huiuſmodi. at in emphyteuta priuati triennium:vt.C de iur. emphyt. l. ij. quod intellige in eo caſu, quãdo côuenit de non expellẽdo.& maius tempus cõprehenſum erat biennio.Arg.contra.ꝫ. eod. cum domini. Vel dic quòd hic habebat ius in re,quia conduxit in decennium.

k *Paruerit*. repellitur qui penſionem nõ ſoluit:vt hîc,&.C. eo.l.ij. & infra eo. l. cũ domini.niſi iuſta ſit cauſa retentionis:vt.ꝫ.eo.colonus.&.l.cum in plures.in princ.Item not. hîc quædam tacitè ſubintelligi:vt.ꝭ.de ſerui.l.ſi cui.Accur.

Tacitè quędã ſubintelligũtur,quæ nõ expreſſe.

E l *Æſtimatus*.vt colono tranſacto anno reſtitueret eius æſtimationẽ,& ſic quaſi emiſſe videtur:vt ſupra eo.l.cùm fundus.quod eſt dictum tacitè ſic teneri.

m *Huius*.ſerui.*defuncti*.ſ.ſine dolo coloni : vnde non tenetur in plus,niſi in pretium:vt.ꝫ.de fur.ſi ſeruus cõmunis.ꝭ.circa.Acc.

D*ominus horreorum*.] CASVS. Locaui tibi horreum vt ibi ponas quaſdam tuas merces.effractum eſt, & merces ſubtractæ.non teneor,niſi promiſi cuſtodire,ſed teneor facere copiam ſeruientium meorum vt torqueantur. Cætera plana ſunt vſque ad.l.cùm domini.Viuianus.

n *Effractis*.à furibus,vel à latronibus,de quibus cognoſcit præfectus vigilum:vt.ꝭ.de offi.præfec.vig.l.nam ſalutem.ꝭ.j.

o *Compilatis*.id eſt ruptis.

p *Receperit*.ſi nihil promiſerit locator,& ſciente conductore cuſtodes adhibuit, licèt ſecundum Azo. de ſcientia tali per legem non probetur.Item ſi cuſtodiæ renũtiauit cõductor, licèt ſecun-

dum Azo.de hoc caſu nō ſit dubiū:ad hoc ſolùm tenetur in prędictis duobus caſibus,vt cuſtodes exhibeat:vt.C.eo.l.ex diui.& l.noſtra ſubaudi,ſi nō dolo adhibuit.Idē dicitur cum claues tradidit cōductori:vt arg.ſ.de cōtrahen.emp.l.clauibus.nam ibi ſe liberat quantū ad cuſtodiā. Idem & ſi cuſtodē adpoſuit conductor:vt.ſ.cōmo.l.ſi vt certò.§.pe.ſecundū Io. cùm autē nihil horum interuenit,iure cōmuni de leui culpa tenetur. ſed ſi promiſit cuſtodiam,etiā de leuiſſima:vt.ſ.eo.l. qui mercedē. &.l. ſed de damno.& inſti.de cōtrahē. empt. §. ꝙ ſi fugerit. ſi autem ſpecialiter cauit caſum,de caſu:vt.C.de neg. geſt. l. negotiū.& C. cōmo.l.j.quidā, vt M.dicūt idem eſſe & ſi generaliter ꝓmiſit Io.

a *Poteſt*. vt.ſ.eo.l. ſed addes. §. ſi inquilinus. &.j. eod.l.colonus. & arg.C.manda.l.j.Ac.

b *Ex conducto*.id eſt ex locato.

c *Seruetur*. vt.ſ.eo.l.ſi in lege.§.ſi domus.Ac.

*Cum domini*.] Casvs. Locaui tibi horrea pro decem ſingulis annis in quinquēnium: & cùm dubitarem, an aliquid ibi haberes: petij à iudice aperiri, vt videā an ſim ſecurus de mercede. & iuſtè peto,ſi biennium iam tranſiuit.Viuia.

d *Aperire*. ſcilicet inſulas & horrea.Accar.

e *Quorum intereſt*. domini dico,quorum intereſt.vel dic à publicis perſonis, quorum intereſt, id eſt ad quorū officium pertinet.

f *Bienni*j.Sic ergo diu, pro biennio ponitur: vt hîc dicitur, &.ſ.eo. l. quæro. §. j. ſed aliàs pro decennio:vt.j.qui & à qui.m.li. ſi cum fideicommiſſa.§.Ariſto.

*Qui domum*.] Casvs. Habeo domum,& iuxta eā quandā areā. vicinus meus volens ædificare, conduxit à me aream illam vt ibi cretam poneret iuxta murū meum ad altitudinem muri mei. altius cōgeſſit vicinus meus : ita ꝙ aſſumpto humore aquæ murus meus vitiat* eſt.ago ex locato , non Aquilia: quia nō directò datur damnum,ſed per obliquum.Viuianus.

† diſpungēdū puto poſt illa verba (à publicis perſonis) quomodo & Græci diſpūxiſſe videtur Harmenop. lib.3.t.8 §.34.

* perſtilato. legit Budæ. hîc. tu illum videto.

vel vtiliter auxerit, vel ædificauerit, vel inſtituerit, cùm id nō conueniſſet:ad recipienda ea quæ impendit, ex conducto cum domino fundi experiri poteſt. [a]

Qui rem conductam deſeruerit antè tempus,domino ad intereſſe tenetur.Bartolus.

Qui contra legem cōductionis fundum antè tempus ſine iuſta ac probabili cauſa deſeruerit:ad ſoluendas totius temporis penſiones ex cōducto [b] cōueniri poteſt,quatenus locatori in id quod eius intereſt, indemnitas ſeruetur. [c]

Si conductores non apparent, nec ſoluitur penſio per biennium: poſſunt domus & horrea aperiri,& quæ ibi ſunt, coram publicis perſonis deſcribi.hoc dicit quem caſum nota. Bartolus.

LVI. Idem *libro ſingulari de Officio Præfecti Vigilum*.

Cum domini horreorū inſularúmque deſiderant, diu non apparentibus, nec eius temporis penſiones exſoluentibus conductoribus, aperire, [d] & ea quæ ibi ſunt deſcribere : à publicis perſonis, † quorū intereſt, [e] audiendi ſunt.Tempus autem in huiuſmodi re biennij [f] debet obſeruari.

Damnum contingens ex humore præſtito parieti per terram appoſitam, per actionem ex locato purgatur. Bartolus.

LVII. Iavolenvs *libro nono ex Poſterioribus Labeonis*.

Qui domum habebat, aream iniunctam ei domui vicino proximo locauerat. [g] is vicinus cùm ædificaret in ſuo, terrā in eā areā, amplius quàm fundamenta cæmētitia [h] locatoris [i] erant, [k] congeſſit:& ea terra adſiduis pluuiis inundata, ita parieti eius qui locauerat,humore pręſtituto madefacto * ædificia corruerunt. [l] Labeo ex locato tantummodo actionem eſſe ait, [m] quia non ipſa congeſtio, ſed humor ex ea congeſtione poſtea dāno fuerit:damni autem iniuriæ actio ob ea ipſa ſit, [n] per quæ non extrinſecus alia cauſa oblata, damno quis adfectus eſt. hoc probo. [o]

g *Locauerat*. ad calcem, vel cæmentū faciendū, vel reponendū.

h *Cæmentitia*. id eſt cæmentum recipientia.

i *Locatoris*. id eſt conductoris.

k *Erant*. ſcilicet deſignata ſibi. Vel dic quòd paries domus locatoris à tribus brachiis ſupra non eſt potens ad ſuſtinendum cæmentum : quia erat de terra murus,ſed infra de calce.

l *Corruerūt*.quod propter talia euenit:vt.ſ.ſi ſer.vin.l.ſi qū.§.fi.

m *Actionem eſſe ait*. non autem legis Aquil. quia,&c.

n *Ipſa ſit*. id eſt detur.& facit ſupra ad legem Aquiliam. qui occidit.§.in hac. Sed contra.ſ.de ſerui. vrb.præ.l.ſi fiſtulæ. Solu.vt ibi, quia in factum ibi,non Aquil.directa.

o *Probo*. id eſt approbo.Accurſius.

Pactum quòd pēſiones debeantur emptori, intelligitur de debitis venditori.Bartolus.

LVIII. Labeo *libro quarto Poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum*.

Inſulam vno pretio totam locaſti, & eam vendidiſti, ita vt emptori mercedes inquilinorum accederent. Quamuis eā conductor maiore pretio locaret:tamen id emptori accedit, quod tibi cōductor debeat. [p]

Breuitas termini non vitiat cōtractum bonæ fidei, Bartolus.

In operis [q] locatione erat dictum, antè quam diē effici [r] deberet:deinde ſi ita factū non eſſet, quanti locatoris interfuiſſet, tantā pecuniā cōductor promiſerat. Eatenus eam obligationē cōtrahi puto, quatenus vir bon⁹ de ſpatio temporis æſtimaſſet: quia id actū apparet eſſe, vt eo ſpatio abſolueretur,ſine quo fieri non poſſit. [ſ]

Si conductori promittitur pecunia ad opus,poteſt illam primò petere : ſi ſatiſdet de expendendo illam in opere.Bartolus.

Quidam in municipio balneū præſtandū [t] annuis vinginti nummis cōduxerat, & ad refectionem fornacis,fiſtularū,ſimiliūmq; rerū centū nummi vt præſtarētur ei, [u] cōuenerat. cōductor centū nummos petebat. Ita ei deberi dico, ſi in earum rerum refectionē †eam pecuniam impendi ſatiſdaret. [x]

Caſus contingens in parte operis facta cedit ad periculum locatoris, niſi culpa conductoris intercesserit. Bartolus.

LIX. Iavolenvs *libro quinto Labeonis Poſteriorum*.

Marcius domum faciendā à Flacco conduxerat. deinde operis parte affecta, terræmotu concuſſum erat ædificium. Maſſurius Sabinus , ſi vi naturali [y] veluti terræmotu hoc acciderit, Flacci eſſe periculum.

Si domus non poteſt habitari, vel ad habitandum locari : debet fieri remiſſio mercedis, niſi alia æque commoda præſtetur.Bart.

LX. Labeo *Poſteriorum libro quinto à Iauoleno Epitomatorum*.

*Inſulam*. [in operis.] Locaui tibi domū faciendā, vt faceres quādo poſſes : & ſi nō faceres,promiſiſti intereſſe nomine pœnę.teneris ergo ad pœnā,quando tantū tempus tranſierit, quòd opus perfici nō potuit.

[Quidam.] Conduxi balneū ad quinquennium,quia ego volebā aliis concedere gratis, vel nō gratis, pro meo arbitrio : & quia frequenter eget refectione, ſtipulatus ſum. c. ſingulis annis pro refectione.ſi petā prædicta. c. ſatiſdabo quòd in refectionem balnei impendam. Viuianus.

p *Debeat*. vt hîc,& ſupra titu. j. l. ſi mercedem.in princ.

q *In operis*.ſ.faciendis.

r *Antè quam diem effici*. i. debere fieri antè ean diē ante quā poſſit. Vel pone certā deſignatā diem proximā. ſed fortè corruit opus, vnde ſibi reficiatur arbitrio boni viri: vt. j. de verb. obli.l. & ideò hæſitatur.nec ob.j.eo. Marcius. quia hîc recipit in ſe periculum ſpecialiter,ſecundū M.vel vitio operis.

ſ *Non poſſit*.vt &.j.de verb.obli.l.ſi ita ſtipulatus.&.l.continuus.§. item qui inſulam.

t *Præſtādum*. i.dandū.

u *Præſtarentur ei*. ſ. cōductori à locatore.

x *Satiſdaret*. vt. hîc, & j.de cōdi. & demōſt.l. quibus diebu⁹.§.finali.

y *Marcius.Vi naturali*. & ſic nō vitio operis, ſed caſu periit,& ideò eſt periculū locantis : vt hîc, &.ſ. eod.l. opus.&.l.ſi fundus quem. &.l.ſi prius. Idē ſi ſoli vitio: vt.j.eod.l. fin. &.j. de aqua plu.arcend.l. Atteius.§.cùm agitur.Sed arg.cōtra.ſ.de ſer.vrb. præ.l.eum debere.Sol. ibi perpetuā ſeruitutē debet:ideò tenetur reponere columnā quotiens opus eſt:hîc non debebat in perpetuū facere opus. Item contra.j. de verb.oblig. l.& ideò hæſitatur.j.reſpon. vbi dicit eundē debere iterū facere. Sol.ibi operis vitio decidit ædificiū, hîc autē caſu ſiue vitio naturali,vel ſoli vitio : arg.contra.j.eo.l.fin.&.ſ.eo.l. item quæritur.§.ſi gemma.&.l.opus.&.l.ſi prius.&.l. ſi quis fundū.§.ſi quis in.Et collige hîc argu.optimū ad quæſtionē illā quæ proponitur in medico,qui à podagra debebat Titiū liberare,& ipſe liberaſſe videbatur.

† Sic rectius ait ſe edidiſſe.Taur.cū 1 arche.eſſet effectionem ſe eam pecuniam, &c.in vet. ait ſe reperiſſe,refectione ſe eā pecuniā impendere &c. ego in meo manuſc. reperi , refectione* ſi eā pecuniam impēdi, &c. ſed,ſi,duob⁹ punctis ſubſcriptis expunctū. eſt recta videt archet.lectio.

Medicus cū rā promittens,ad perpetuo tenea tur.

videbatur.tempore autē tranſacto Titius in eandē infirmitatem recidit :agit Titius contra medicum vt liberet eum,& proponit actionem ex conducto:quia non extinxit anguſtias infirmitatis, ſed ceſſare fecit:arg.ȷ.de ædil.edict.l.qui tertiana. ſic eſt in obligatione & præſcriptione:argu.ȷ.de ſolu.l. qui res.§.aream.& de verb.oblig.inter ſtipulantem.§.ſacram.& de præſcript.xxx. anno.l. ſicut. Item quia nō videtur curaſſe, cum vitioſè curauit:arg.ſ.qui ſatiſdare cogan.l.quotiens. &.ȷ.de ſol.l. qui decem.§.fin.Item quia non durat curatio: vt arg.ȷ. de ſolu.l. ſi quis aliā. & cum quis.§.qui hominē. quia videtur promiſiſſe vt perfectè curaret, quoniā verba cum effectu, &c. vt. ſ. ne quis eum qui in ius vo. eſt vi ex.l.pe. Item quia huic reſtituitur infirmitas, ergo & illi debet reſtitui ſolicitudo curandi : argu.ſ.de procura.l.qui proprio. §. item quæritur. & de ſer.ruſti.præ.l. & Atticinus.ecōtra, quia de præſenti tantùm infirmitate videtur cogitatum:vt argu.ȷ.de auro & arg.leg.l.ſi ita. & de ſer.vrb.præd.l.ſi ſeruitus.in princ.& ideò ſublata eſt obligatio ſolutione eius quod debet, & in perpetuum: vt inſti.quibus modis. tol.ob.in principio. & ȷ.de ſol.qui res.§.areā. & quia in infinitū non debet obligari.nam infinitas euitatur: vt. ȷ. de dam.infect.qui bona.in.§. fina. & de leg. iij. fideicommiſſa. §. ſi quis decem.

† Sic in archet. & in manuſc. ſed Halo.& Anto.Aug.li. 4. c.14. malunt legi. Iuniis.
* In arche. eſt, furta, vt & notatum reperi. ad marginem mei manuſ. & monuit Ant.Aug. li. 4.c. 14. at in textu mei manuſcri, eſt,fracta,rectè. An. Au. putat legendum, rupta vt&Haloād. reſtituit.

CVm in plures annos domus locata eſt, præſtare locator debet, vt non ſolùm habitare conductor ex Kalendis Iuliis † cuiuſque anni,ſed etiā locare [a] habitatori,ſi velit, ſuo tempore [b] poſſit. Itaque ſi ea domus ex Kalendis Ianuariis fulta * in Kalendis Iuniis permanſiſſet,ita vt nec habitare quiſquā,nec oſtēdere alicui [c] poſſet: [B] nihil locatori conductorem præſtaturum : adeò vt ne cogi quidem poſſet, ex kalendis Iuliis refecta domu habitare : niſi ſi paratus fuiſſet locator commodam [d] domum ei ad habitādum dare. Heredē coloni, quamuis colonus non eſt, [e] nihilominus domino poſſidere [f] exiſtimo.

**Quando vnus conuenitur ex facto alterius principaliter delinquentis, poteſt petere vt primò principalis conueniatur, vel contra ipſum actiones ſibi cedantur: quod in arbitrio iudicis erit. hoc dicit quem caſum nota.Barto.**

[C] Veſtimenta tua fullo perdidit: & habes vnde petas, [g] nec repetere vis : agis nihilo minus locato cum fullone.ſed iudicē æſtimaturum,an poſſis aduerſus furē magis agere, [h] & ab eo tuas res conſequi, fullonis videlicet ſumptibus. Sed ſi hoc tibi impoſſibile [i] eſſe perſpexerit,tunc fullonē quidem tibi condemnabit, tuas autē actiones te ei præſtare compellet. [D]

**Permutatio operis facta locatore volente, petitionem mercedis non impedit.Bartolus.**

Lege dicta, [k] domus facienda locata erat, ita vt probatio aut improbatio locatoris aut heredis eius eſſet,redemptor ex voluntate locatoris quædam in opere [l] permutauerat. [m] Reſpōdi, opus quidem ex lege dicta non videri factum : ſed quoniam ex voluntate locatoris permutatum eſſet, redemptorem abſolui debere. [n] [E]

**Si dolus aduerſarij dedit cauſam cōtractui:poteſt cōtrahens pœnitere,& quod dedit repetere. Bart.**

Mādaui tibi vt excuteres quanti villam ædificare velles. [o] renuntiaſti mihi, ducentorū impenſam excutere. [p] † certa mercede opus tibi locaui. poſtea cōperi nō poſſe minoris trecentorum * eam villam conſtare. data autē tibi erant centum : ex quibus cùm partem impendiſſes, vetui te opus facere. Dixi, ſi opus facere perſeueraueris, ex locato tecum agere, vt pecuniæ mihi reliquum reſtituas. [q]

**Colonus non poteſt condictione furtiua agere : ſed poteſt agere contra dominum vt agat. h.d. Et nota iſtum modū agendi, ago vt agas: de quo in.l. Iulianus.§. penulti.ſupra tit.1.dic vt ibi.Barto.**

Meſſem inſpiciente [r] colono, cùm alienam eſſe non ignorares, ſuſtuliſti. condicere [ſ] tibi frumētum dominum poſſe Labeo ait: & vt id faciat, colonum ex conducto cum domino acturum.

**Propoſitum in mente retētum, parti nō expreſſum,nil releuat.B.**

Locator horrei propoſitū † habuit,ſe aurum, argentum,margaritam non recipere ſuo periculo: deinde cùm ſciret has res inferri, paſſus eſt. Proinde eum futurum tibi obligatum dixi. ac ſi propoſitum fuit,remiſſum [t] videtur.

**Ex contractu ſerui tenetur dominus de peculio , & de in rem verſo : ex cōtractu autem proprio tenetur ſecūdùm qualitatem culpæ commiſſæ per eum Barto.**

Seruum meum mulionē cōduxiſti. neglegentia eius mulus tuus periit.ſi ipſe [u] ſe locaſſet,ex peculio dumtaxat, & in rem verſum * damnum tibi præſtaturū dico. † Sin autem ipſe eum locaſſem, nō vltrà me tibi præſtaturum , quàm dolum malum & culpam meam abeſſe. [x] Quòd ſi ſine definitione

Vm in plures. [LEGE DICTA.]Locaui tibi domū faciendam certa groſſitudine & altitudine, hoc etiam pacto, vt ſit in meo arbitrio, probem vel improbem. poſtea feciſti aliter quàm primò conueneras. ſi hoc ex voluntate mea,non teneris.]MANDAVI.] Rogaui magiſtrum vt inquireret & deliberaret pro quāto poſſem ædificare turrim,& dixit pro.cc. ideóque ſibi poſtea locaui faciendam pro.cc. & cùm eſſet fundata,vidi quòd vix etiam pro.ccc. poſſet fieri.vnde pœnitui, & dixi quòd non procederet. certè non procedes : & ſi procedas,& ego tibi debeam cum quæ adhuc non expenderas:omnino reſtitues quod ſupererat cum pœnitui. Cætera plana ſunt vſque ad finem tit. Viuianus.

a *Etiam locare.* aliis idoneis perſonis:vt arg. ſupra de vſu & habi. l.non aliter.& ſic intelligitur.C.eodem.l.nemo.
b *Suo tempore.* id eſt congruo.
c *Alicui.* ad locandum.
d *Commodam.* vt ſupra eod.ſi quis domum. in princip. & hoc ſi tunc fuit paratus ,quando locare vel habitare volebat : ſecus ſi poſtea : vt ſupra eodem,ſi in lege.§.colonus.
e *Nō eſt.* poſt finitā cōductionē,antè enim ſic eſt:vt inſti.eo.§.ſi.

[A] f *Domino poſſidere.* ſicut ipſum colonum dum viuit, & etiā poſt mortem antè apprehenſam hereditatem : vt.ȷ.de adquir.poſſ.l. qui vniuerſas.§.quod per colonum.&.l.ſi de eo.§.j.Accurſius.
g *Vnde petas.* veluti à poſſeſſore potes auocare,& non vis.
h *Agere.* qui ergo contra duos agere poteſt, arctatur ex cauſa magis vnū eligere: vt hîc,&.ȷ. de præſcriptis verbis. l. ſi rem tibi. in principio . &. ȷ. de ſepara.l. prima. §. ſi filij. in fine. §. & in authen. de fideiuſ.§.j colla.j.& de duo.re.§.j.colla.vij. Item intellige hoc in cōdict.fur.vel rei vind. quas poteſt dominus cōtra poſſidentem inſtituere nondum conuento fullone.ſecus in ac.furti.quę ſoli fulloni datur ſi eſt ſoluendo : vt inſtit. de oblig. ex delict.§. fulloni. & infra de furt. l. itaq; in prin. quæ ſunt contra.
i *Impoſſibile.* id eſt difficile : vt ſupra de his qui deie. vel effu. l.cū ſanè.Accurſius.
k *Lege dicta.* id eſt pacto conuento.
l *Quędam in opere.* ſcilicet imponenda.aliàs, non ponenda Accur.
m *Permutauerat.* cōtra legem in initio dictā: vt in princ.dicitur.
n *Debere.* licèt contra legem ſiue pactionem: quia tamen voluntas adfuit,parcitur:vt hîc, &.ȷ.de ver.oblig. cum ſtipulat[a].&.ſ. de pign. act.l.qui ratiario. Acc.
o *Velles.* id eſt poſſes.
p *Excutere.* i.exigere.
q *Reſtituas.* potui ergo pœnitere. Et ſic eſt cōtra.C. de act. & obli.l. ſicut. Sol. hoc eſt propter mendaciū conductoris: & quia conductor non ſuis expenſis facere debebat opus, imò locatoris . vnde quia locator grauabatur, permittit ei lex reſilire propter mendaciū alterius,ſecundùm Io. Vel dic quòd non erat ſolitus locator locare operas ſuas. vnde etiā in nominato cōtractu permittit reſilire: vt.ȷ.de præſcri.verb.l. naturalis.§.at cùm do.

(† excedere.) (* trecentis.) († i.programmate tabernę affixo declarauit.hoc enim eſt Proponere.l.70. ſ. de iudic.) (* verſo. vulg.) († In archetypo eſt,dicio. in vet. iudicium,ego in meo manuſ. reperi, iudicio.)

r *Meſſem inſpiciente.* id eſt cuſtodiente.
ſ *Condicere.* condic.fur.colonus enim non fit dominus fructuū, niſi ipſe perceperit:ideóq; ipſe non habet condict.furtiuam,ſed habet actionē:vt.ȷ.de fur.l.fullo.§.frugibus.& intellige.§.iſtum in partiario colono.nam colonus qui nummis colit, poſſet agere condic.furtiua, cùm fructus eius ſit ſtatim cum decerptus ſit: vt.ȷ.de fur.l.ſi apes.in fi.bonę fidei autē poſſeſſores & fructuarij quādo fiāt:habes.ſ.qui.mo.vſusfru.amit.l.ſi fructuarius.Acc.
t *Remiſſum.* Sic ergo patientia pro conſenſu valet : vt ſupra de exerci.l.j.§.magiſtrum autem.& ſupra nau.cau.ſta.l.j.§.pe.& ſupra eod.item quæritur.§.fin.Accurſius. (Patientia pro conſenſu habetur.)
u *Ipſe.* ſcilicet ſeruus.
x *Abeſſe.* quæ eſſet in hoc, quòd imperitum ſciens pro perito locaſſem : vt ſupra ad.l. Aquil.ſi ſeruus ſeruū.§.pe.& arg.l.idem

iuris.& ſupra de ſer. cor. vt tantùm.§.his conſequenter.

a *Elegiſſem.* ſic ergo mala electio eſt in culpa: vt.ſ̄.de neg.geſt.nã & Seruius.§.fi.&.ſ̄.eo.l. videamus.&.l.ſi domũ.§.ſi hominem.

b *Redẽptor.* qui dederat centũ pone, vt pedagiũ pertineret ad eũ.

c *Ab eo.* cuius vehiculum conduxeris. Accurſius.

d *Reda.* i. vehiculo. pro aliis enim rebus cõſtat carrucarium nõ poſſe cogi pr̨ſtare portoriũ.

e *Daturus.* ſcilicet vehicularius. Accur.

f *Debere.* pro reda. nã pro aliis alij præſtabũt portorium. Accur.

g *Horrearius.* i. dominus horreorum, & ſtatim ponitur pro conductore.

h *Conductoribus.* ſcilicet ſuis: vt &.ſ̄.l. dominus horreorum.

i *Locatorem.* Dic, id eſt dominũ. nam ſi dominus locet in vniuerſo, & conductor particulatim relocet, dominus de cuſtodia nõ tenetur: vt hîc ſecũdum Azo. Vel dic ſecũdum R. locatorem, ſcilicet ſerui, qui particulatim relocabit, qui de cuſtodia non tenetur, fortè quia nõ poſſeſſionem, nec detẽtionem habet ſicut dominus.

k *Horreario.* qui conduxit horrea. Azo.

l C *olonus. Poßit.* ſcilicet colonus.

m *Conſecuturum.* iure actionis: vt &.ſ̄.e. dominus. §.j. ſed contra. C. cõmunia de leg.l.fi. in fi. Sol. ibi emptor nõ repetit propter malam fidẽ quam habuit. Itẽ cõtra in authen. de ali. & emphyt. §. ſi verò quis locator. colla. ix. Solu. ibi fauore eccleſiæ, & odio emphyteutæ, qui ab initio contra legem accepit.

n *Nauigaret.* aliàs, nauigaret: & aliàs, nauigarẽ: & vtrũq; poteſt defendi: quia ſiue rem conduxi tãtum, quod eſt quãdo in litore nauigarem: ſiue rem & operam: cum mea culpa, id eſt propter illicitas merces quas impoſui, nauis ſit detenta, teneor ad mercedem.

perſonæ mulionẽ à me cõduxiſti, & ego eũ tibi dediſſem, cuius neglegentia iumentũ perierit, illam quoq; culpam me tibi præſtaturum ait, quòd eum elegiſſem, a † qui eiuſmodi damno te adficeret.

Paſſagiũ quod ſoluitur pro vehiculo, ſoluit dominus vehiculi: ſed pro rebus ibi poſitis ſoluit dominus rerum. Bartolus.

Vehiculum conduxiſti, vt onus tuum portaret, & ſecum iter faceret. id cùm pontem tranſiret, redemptor b eius pontis portorium ab eo c exigebat. quærebatur, an etiam pro ipſa ſola reda d portorium daturus e fuerit. Puto, ſi mulio non ignorauit ea ſe tranſiturum cùm vehiculum locaret, mulionem præſtare debere. f

Locator totorum horreorum de cuſtodia non tenetur. Bart.

Rerum cuſtodiam, quam horrearius g conductoribus h præſtare deberet, locaterem i totorum horreorum horreario k præſtare non debere puto, niſi ſi in locando aliter conuenerit.

Etiam qui eiicitur propter penſionem non ſolutam, repetit expenſas vtiliter factas. Bartolus.

LXI. SCÆVOLA *libro ſeptimo Digeſtorum.*

COlonus * cùm lege locationis non eſſet comprehenſum vt vineas poneret, nihilominus in fundũ vineas inſtituit: & propter earum fructum denis amplius aureis annuis ager locari cœperat. Quæſitũ eſt, ſi dominus iſtum colonum fundi eiectum, penſionum debitarum nomine conueniat, an ſumptus vtiliter factos in vineis inſtituendis reputare poſſit, l oppoſita doli mali exceptione. Reſpondit, vel expẽſas cõſecuturũ, m vel nihil amplius præſtaturum.

Quando caſus occurrit in re locata culpa conductoris, merces integra debetur. Bartolus.

A item quæritur.§. ſi gemma. &.l. opus.&.l. Marcius. & ſupra ad legem Aquiliam.§. ſi ſeruus ſeruum.§.ſi calicem.

DE ÆSTIMATORIA ACTIONE.

*Id eſt de act. præſcriptis verb. quæ de æſtimato proponitur: vt inſtitu. de act. §. actionum. vel ideò dicitur æſtimatoria, quia iudex ſuam interponit æſtimationẽ aliquando, & aliquãdo non: vt.j. in fine huius legis, cùm id quod intereſt contineat. Accur.*

Nauem conduxit, † vt de prouincia Cyreneſi Aquileiam nauigaret, n olei metretis tribus milibus impoſitis, & frumenti modiis octo milibus, certa mercede. ſed euênit, vt onerata nauis in ipſa prouincia nouẽ menſibus retineretur, & onus impoſitum cõmiſſo tolleretur. o Quæſitũ eſt, an vecturas quas cõuenit, à cõductore ſecundùm locationẽ exigere nauis p * poſſit. Reſpõdit. ſecũdum ea quæ proponerentur, poſſe. q

B

Ante approbatione operis, periculum eſt domini: niſi vitio operis caſus euenerit, Bartolus.

LXII. LABEO *libro primo Pythanorum.*

SI riuum r quem faciendum conduxeras, & feceras, antequam eum probares, ſ labes corrupit: tuum periculum eſt. Paulus: Imò ſi ſoli vitio id accidit, locatoris erit periculum. ſi operis vitio t accidit, tuum erit detrimentum.

C

# DE ÆSTIMATORIA. †

## TITVLVS III.

Quando res æſtimata vendenda traditur, actione præſcriptis verbis æſtimatoria agitur, quæ eſt bonæ fidei. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

ACtio de æſtimato proponitur tollẽdæ dubitationis gratia. fuit enim magis u dubitatũ, cùm res æſtimata vendenda datur, x vtrum ex vendito ſit actio propter æſtimationẽ: an ex locato, quaſi rem vendendã locaſſe videor: an ex cõducto, quaſi operas conduxiſſem: an mandati. y Melius itaq; viſum eſt hanc actionẽ z proponi. Quotiẽs enim de nomine cõtractus alicuius ambigeretur, conueniret tamen aliquam actionẽ dari, a dandã æſtimatoriã b pr̨ſcriptis verbis actionem. Eſt enim negotium ciuile c geſtũ, & quidẽ bona fide. Quare

D

E

*Contractus etiã de quo agitur hoc titulo ſimilis eſt emptiõi & vẽditioni, quia id agitur vt rem vendã & æſtimationẽ quã indicaſti ſoluã, aut ſi nõ poſſim vendere vt eandẽ ipſam reſtituã. ſed poſſim nec vendere nec reſtituere, nempe mihi retinere, & æſtimationem ſoluere, quo genere ipſe videbor emiſſe. Sed nõ eſt huic cõtractui proprium nomen ſicut locationi quod etiã vt diximus emptioni ſimile negotiũ eſt. ideóq; nec proprio nomine prædita actio quæ ex hoc cõtractu datur, ſed actio præſcriptis verbis, quæ tamen propriam nacta eſt æſtimatoriæ appellationẽ quod ſit de re quæ æſtimata vendẽda data eſt. Cuia.*

A *Ctio.* ] CASVS. Dedi tibi librũ vendendum, vt vel eum, vel eius æſtimationẽ mihi reddas, poſtea nõ vendis, neq; reddis: vel ſi vendis, nõ reddis pretiũ. quæritur quis contractus ſit, vt ſic ſciam qua actione agam. & certè videtur venditio, quia æſtimatum dedi. Itẽ locatio: quia rem vendendam loco, & mercedẽ fortè pro hoc cõſtituo. Item videtur mãdati, ſi mercedem non do. Sed verius eſt, vt agã præſcriptis verbis, & non vlla prædictarũ actionum. Secũdò quæritur, quid ſi dicta res data vendẽda pereat? Et reſpondendum, periculũ eſſe eius qui debebat vendere. Viuianus.

u *Magis.* id eſt valdè. Azo.

x *Datur.* vt tene hunc librum, & vendes, & reddes mihi aut eum, aut eius æſtimationẽ, ſiue nominem eum, quem ſcilicet faciõ. x. ſiue non: vt patebit infra eodem. §. finali.

o *Tolleretur.* fortè illicitæ merces erant ibi, vt encauſtum imperiale, quod nulli licet facere vel habere, niſi quibus permiſſum eſt: vt. C. de diuer. reſcript. ſacri affatus.

p *Nauis.* id eſt locator nauis.

q *Poſſe.* præſtatur ergo vectura. ſed certè imò videtur etiam ſi ſit ſoluta, q; repetatur: vt.ſ̄.eo. ſi vno. §. itẽ cum quidã. Sol. ſecundũ quoſdã hîc locauit nauigator tãtum rẽ, & nõ operas. ſ̄. verò rem & operã. ſic ergo cùm.ſ̄. locaſſet operas tantũ, iterũ fortuitus caſus nil obeſt: arg.ſ̄.eo.l. ſed addes. §. fi. & ita cum rem tantùm: vt hîc. ſecus ſi vtrumque, vt in cõtrario: licèt tu ſolues vt ibi. Accur.

r S *I riuum.* aliàs. §. Labeo. & aliàs lex, ſi riuum. Accurſius.

ſ *Probares,* id eſt faceres dominum approbare, quia ita conuenerat dare mercedem ſi ipſe approbaret.

t *Operis vitio.* Et ſic culpa artificis. ſimilis diſtinctio ſupra eo.l.

y *An mandati.* quia mandato meo hoc fecit. licèt enim interuenit merces, tamen dubitabatur an tale factum ſolebat locari.

z *Hanc actionem.* ſcilicet præſcriptis verbis: vt ſubiicit. Accur.

a *Actionem dari.* non noua lege, quia tunc daretur condictio ex lege. & ſic non ob. ſupra de condict. ex lege.l.j. Item non ex delicto, quia tunc de dolo daretur: vt ſupra de dol.l. & eleganter. §. non ſolùm. quæ eſt contra. Sed ex contractu a cuius nomen ignoratur: vt hîc, & infra de præſcript. verbis.l.j.§.&.l. quotiens.

b *Æſtimatoriã.* i. quæ eſt æſtimatoria in hoc caſu, & ita bon. fid. ibi. nec enim quotiẽs dat' in ſubſidiũ: æſtimatoria dicit'. vel bo. fi.

c *Ciuile.* id eſt quod iure ciuili eſt approbatũ, vt ex eo actio detur, ſicut & pro aliis contractibus: vt ſupra de origi. iuris.l.ij.§. deinde ex his. quæ vocatur præſcript. verb. vt. hîc. ipſum tamen negotium,

† Eorũ quos elegim', facta omnia præſtãda non bis eſſe docet Cice. 1. epiſt. ad. Q. Frat.

* Barto. hîc & illuſtris doc. Fran. de Are. in l. ſenatus §. Marcellus j̄ de leg. 1 reputãt iſtũ tex. ſing. ad hoc q̨ dicitur in ſummario. tamen ſecundum doc. Fran. vbi. ſ̄. aliud eſt ĩ emphyteuta & vaſal lo Bolog.

† conduxi. Cõcor. l. 15 §. Item cum quidam. ſ̄. e.

* Sic Flo. ſed in meo manuſcr. additũ fuit inter verſiculos. Cuiac. lib. 3. obſ. putat legendum, nauta.

† actione, vulg. additur.

a] Iſtam tenet Bart. hîc.

negotium, ſeu contractus innominatus, qui cadit in do vt des, eſt de iure gentium, ſicut cæteri contractus nominati & innominati ferè omnes: vt ſupra de iuſti.& iur.l.ex hoc.& ſupra de pact. iuriſgentium.in principio.& in.§.j.

a *Diximus*. ſcilicet in ſuperioribus titu. nam & ipſa eſt bo.fid.vt inſtit.de act.§.actionũ.

omnia & hîc locum habent quæ in bonæ fidei iudiciis diximus.[a] Æſtimatio facit tranſire periculum in accipientem. hoc dicit. Supra dixit quæ actio detur quando res datur æſtimata vendenda: hîc verò ad quid detur. Bartolus. Æſtimatio autẽ periculum facit eius qui ſuſcepit. Aut igitur ipſam rem debebit incorruptã reddere, aut ęſtimationẽ de qua cõuenit.[b]

II. PAVLVS *libro trigenſimo ad Edictum.*

HÆc actio vtilis [c] eſt, etſi merces [d] interuenit.

## DE RERVM PERmutatione. †

### TITVLVS IIII.

Permutatio eſt cõtractus innominatus: & ideò producit actionẽ præſcriptis verbis. & ſolo cõſenſu non contrahitur, niſi rei interuentu veſtiatur. & ſi datur res aliena, non veſtitur: & in ea eſt locus cõdictioni ob cauſam. h.d. & ſic diuiditur. Primò oſtendit permutationẽ eſſe contractum innominatum, & in ſpeciẽ nominati cõtractus non cadere. Secundò, ex hoc infert quatuor effectus: qui congruunt cõtractui innominato. Secunda pars ibi, vnde ſi ea res. Bar.

I. PAVLVS *libro trigenſimo ſecundo ad Edictum.*

b *Conuenit*. imò videtur diſtinguẽdum quis alterum rogauerit: vt rogãtis ſit periculum: vt.j.de præſcri.verbis. l.ſi gratuitam.§.ſi margaritã. quæ eſt contra. Solu. hoc intelligitur ſecũdum diſtinctionẽ illius. Vel dic, hîc pretium certũ fuit appoſitũ: vt patet hîc in fine: ibi non. Vel diſtingue planius ſecundùm Io. vtrum conuenerit de pręſtanda æſtimatione rei, aut re, aut etiam de præſtandis. x. aut re: vt in primo habeat locũ diſtinctio legis contrariæ, in ſecundo teneatur omnino ad æſtimationem, ſiue culpa ſiue caſu perierit: vt hîc dicitur ſecundùm Io. & eſt pro Ioan. ſ. titu.j.l. quæro.§.finali.&.j. de iure dotiũ.l.plerumq;. §.ſin autem. Sed quod dixi de caſu, quòd eum præſtet ſecundùm Io. eſt contra ſecundùm Azo. qui exponit hîc, periculũ facit, &c. ſcilicet cuſtodia non adhibita, vel mala cõtingens. fortuitum autem caſum non præſtat, ſecundùm eum: vt hîc, & ſ. pro ſoc.l. cum duobus.§.damna. & ſupra commo.l. ſi vt certò.§. commodatum. Accurſius.

† In hunc titulũ Cęlius Rhodiginus Lectionum antiquarum lib. 12. cap. 49.

HÆc actio.] CASVS. Rem dedi tibi vendendam æſtimatam: etſi cõſtitui tibi mercedem pro labore, nihilominus agam præſcriptis ver. Viuianus.

c *Hæc actio vtilis*. id eſt efficax: vel propriè, quia dubitabatur propter mercedem.

d *Si merces*. imò videtur locati locũ habere: vt.j.titu.ij.l.rogaſti. in fine.&.ſ.manda.l.j.quæ ſunt cõtra. Sol. hîc interuenit merces incerta, ibi certa. Vel dic,[a] ꝙ hîc merces ſecundario interuenit, id eſt remuneratio: vnde nihilominus habet locũ præſcrip.verb.& locati: vt in dicta.l.rogaſti.in fi.euidenter patet ſecundùm Ioan.

a] Vtraque eſt bona, ſecũdum Bar. hîc.

DE RERVM PERMVTATIONE.

*Et permutationẽ quoq; nemo ambigit ſimile negotiũ eſſe emptioni & venditioni, adeò vt promiſcuè vtamur permutãdi verbo in emptione, & emẽdi in permutatione, quod non tamen ita ſit in locatione. nam vtimur quidẽ in ea emendi & vendẽdi verbo, ſed non contra. At permutatio re cõtrahitur, emptio nudo conſenſu. Et eſt permutatio contractus quo res datur, vt alia res accipiatur. Vel, negotium quod ita geritur, Do vt des. Vel, rerũ dominij mutatio inuicẽ facta. Ex eo non eſt propria quædam actio, ſed præſcriptis verbis, vt ex ſuperiore, quia nec propriũ permutationis nomen, cum omnis penè contractus conſtet veluti permutatione quadã. Quapropter vt Ariſtoteles medium arrogãtiæ dicit carere nomine, licèt alio loco ſcribat veritatẽ eſſe mediũ arrogantiæ, propterea quod veritatis nomen latius patet, ita rectè dicimus negotium do vt des, carere nomine, licèt permutatio appelletur. Cuiacius.*

SIcut.] CASVS. Quatuor aſſignat differentias inter venditionẽ & permutationẽ. Prima, in venditione diſcernitur emptor à venditore, & res à pretio: quia in permutatione pretiũ non eſt. Secunda, quia in venditione eſt claudicatio. ecce enim venditor non tenetur facere rem accipiẽtis, ſed emptor pretiũ: ſicut in permutatione. aut vtrumq; debebit traſferri, aut ex neutra parte. & ſic apparet ex prædictis quòd permutatio aliud eſt à vẽditione: neq; enim poteſt ſeparari pretium à re, vt prædixi. Tertiò diſcernitur, quia re vendita agitur ex empto de euict. ſed euicta re cadit à nomine permutationis, & agitur in factũ. Quarta eſt, quia vẽditio fit cõſenſu ſolo, ſed permutatio nõ habet effectũ per cõſenſum, ſed re demũ ſecuta: quia hoc.ſ.cõſenſu perfici cõſueuit nominatus cõtractꝰ, vt in vẽditione, & ſimilibꝰ, nõ in permutatione. Eſt & quinta ſecundũ Pediũ, quia in re aliena nõ fit permutatio: ſed venditio ſic eſt, & videt: quia ſi trado, & tu non tradis, ꝙ ago condictione ob cauſam. ſed in vẽditione nõ agam ad rem cõdictione ob cauſam, ſed tãtùm ad intereſſe.

SIcut aliud eſt vendere, aliud emere: alius emptor, alius venditor:[e] ita aliud pretium, aliud merx.[f] At in permutatione diſcerni non poteſt vter emptor, vel vter vẽditor ſit:[g] multúmq; differunt præſtationes. emptor enim niſi nummos accipiẽtis fecerit, tenetur ex vendito: venditori ſufficit ob euictionem ſe obligare, poſſeſſionẽ tradere, & purgari dolo malo. Itaque ſi euicta res non ſit, nihil debet.[h] In permutatione vero ſi vtrumq;[i] pretium eſt,[k] vtriuſq; rem fieri oportet.[l] ſi merx,[m] neutrius. Sed cùm[n] debeat[o] & res & pretium[p] eſſe, non poteſt inueniri quid eorũ merx, & quid pretium ſit. Nec ratio patitur, vt vna eadémque res[q] & veneat, & pretium ſit emptionis. Vnde ſi ea res quam acceperim vel dederim, poſtea euincatur, in factũ[r] dandã actionem reſpondetur. Item emptio[ſ] ac venditio nuda conſentientiũ voluntate contrahitur:[t] permutatio autem ex re tradita[u] initium obligationi præbet. Alioquin ſi res nondũ tradita ſit, nudo conſenſu cõſtitui obligationẽ dicemus.[x] Quod[y] in his dumtaxat receptũ eſt, quæ nomen ſuum habẽt:[z] vt in emptione, vẽditione,

e *Venditor*. nec enim vnus poteſt fungi officio venditoris & emptoris: vt infra de aucto. tuto.l. pupillus.§. pupillus.

f *Merx*. i.res vendita.

g *Venditor ſit*. vt de cõtrahen. empt. l.j.§.j.& hęc eſt prima differentia. ſequitur ſecũda inter permutationem & vẽditionem, multúmque, &c. Accurſius.

h *Nihil debet*. vt. C.de euict.l.qui rẽ emit. niſi ſciẽs quis rem alienam vẽdidit. nam tunc etiã antè euictionẽ agitur ad intereſſe: vt ſupra de act.empt.l.ſeruus quẽ. §.fin. & facit ad reſpõſum.ſ. de act.emp.l.ex empto.in princ. &.§.j.

i *Si vtrumque*. i. vtraq; res quæ datur ex cauſa permutationis. Accur.

k *Eſt*. i.eſſe dicatur.

l *Oportet*. quod eſt verum, ſecundùm Pediũ: vt infra.

m *Merx*. ſcilicet eſt vtrumque. Accurſius.

Venditio ſine pretio eſſe non poteſt.

n *Sed cum*. q.d. nonne poteſt eſſe vtrumque pretium, vtrumque merx, & ſic ſit venditio? Reſpon.non.& hoc dicit, ſed cùm, &c.

o *Debeat*. quo ad hoc vt dicatur venditio.

p *Pretium eſſe*. ad hoc vt ſit venditio.

q *Eadémque res*. hîc colligitur etiam prima differentia.

r *In factum*. id eſt præſcrip.verb. quæ in factum dicitur: vt &.ſ. de pactis.l.iuriſgentium.§.j. nam omnis actio præſcrip.verb. dicitur in factum ciuilis, ſed non omnis in factum eſt præſcri.verb. vt infra titu.j.ſi tibi polienda.in fine. Accurſius.

ſ *Itẽ emptio*. hęc eſt tertia differẽtia īter pmutationẽ & vẽditionẽ.

t *Contrahitur*. ſicut & locatio: vt.ſ.loc.& conduc.l.prima.Acc.

u *Tradita*. etiam ex altera parte tantùm, ſecundùm omnes: & accipientis facta, ſecundũ quoſdam: vt ſtatim dices. ſed etiam alio modo præbetur ei initium, vt ſtipulatione, licèt traditio non interuenerit: vt.C.eo.l.ex placito. quæ eſt contra. Accurſius.

x *Dicemus*. vel legas planè, in contractibus ſcilicet qui ſolo conſenſu contrahuntur. Vel dic alioquin, id eſt in contractibus nominatis. Vel melius legas interrogatiuè, vt referas ad proximum dictum de permutatione: & ſubaudi quaſi diceret, non.

y *Quod*. ſcilicet quòd naſcatur obligatio ſolo conſenſu. Accur.

z *Nomen ſuum habẽt*. id eſt hi ſoli contrahuntur cõſenſu qui nomen ſuũ habẽt, qualis eſt emptio & ſimiles: vt ſubiicit.ſ.de pact. l.iuriſgentiũ.§.j.& ſic permutatio nõ habet nomẽ ſuũ: vt hîc dicitur. Sed quare? Reſpon. vt dixi.ſ.de pactis.l.iuriſgentium.§.j. Item caue tibi: quia licèt illi qui habẽt nomen, cõtrahantur cõſenſu: non tamen eſt hoc verum in omnibus. nam depoſitum & cõmodatum nominati ſunt cõtractus: non tamen ſolo cõſenſu in eis contrahitur obligatio, ſed re: vt.d.l.iuriſgẽtium.in prin.& inſtit.quibus mo.re con.obli.per totum. ſicut & ſi dicam: in vineis Bonoñ. naſcitur bonum vinum, non ſequitur: ergo in qualibet vinea Bononieñ. naſcitur bonum vinum: quia non verſus Galeriam. Item quid differt contractus permutationis ab illo, do vt des? Reſpon. permutatio eſt ſpecies, do vt des, eſt genus:

UNED

& vbi genus pro genere datur, habet ille locum, ſed non ſic de permutatione: vt. C. eo.l. quoniam aſſeueras.

a *Ideoq; Pedius.* ſcilicet quia ex re tradita, & accipientis facta datur initiũ permutationi: quod in re aliena fieri nõ poteſt: vt.ꝟ.de acquir.re.do.l.traditio.ideò Pedius,&c. & ſi velis tueri Pedium, dic ,p eo.ꝟ.de act.emp. datio. in princ.&.ꝟ.de condic.ob cau.l.fin.& hoc quidã dicunt,ſcilicet Pediũ bene dixiſſe, etiã in re aliena nõ cõtrahi aliquã permutatiõné.Sed tu dic,ſecundum Ir. ꝙ tenet, quia ſic ſcripſit.hic nimium proſecutus eſt Pedius hoc verbum,ſcilicet ꝙ res euicta fingatur nõ tradita, & ideò agitur actione ex empto: vt ꝟ.eo.l.cùm ibi dictũ ſit quòd re euicta agitur de euictione actione in factũ, ergo interim tenuit: & alibi dicitur permutatio,etiã re aliena data: vt.C.eo.l.j.interim ergo non poteſt agi,& ſic interim tenet permutatio,ſed re euicta nõ videtur tenuiſſe permutatio: vt &.ꝟ. de diſtra. pig. reſcriptũ.§.j.in fi. Vel dic Pedium bene dixiſſe,vt non teneatur,niſi fiat accipiẽtis quoad hoc, vt alius non teneatur implere cõtractũ,ac ſi ſua facta ſit: arg. dictæ.l.ꝟ.de cõdict.ob cau.fin.Accur.

b *Igitur.* forma, quia non cõtrahitur cõſenſu permutatio, ſed rei traditiõe, igitur habet locũ cõdictio ob cau. vt dicit.& ſic not.condict.ob cau.in contractibus nominatis non habere locũ, ſed in cõtractibus innominatis, niſi in contractu donationis,qui olim erat innominatus,vbi etiã rei vindic.datur: vt. C.de dona. quæ ſub modo. l.j. hodie verò eſt nominatus,cùm cõſenſu cõtrahitur etiã nudo pacto: vt.C.de dona. ſi quis argentum.§.pe.& de hoc dixi.ꝟ. de condict.ob.cau.l.fi.& not.hic aliã differentiam inter venditionem & permutationem.

† Sic in archetipo & manuſc quidam tamen putat legendum, vllam.

* In archetypo eſt. vt res noſtra, teſte Taurel. in annotat.

† Cõcot. gl. vlti. in fi. in. c.cum olim. extra eo. ti.

* Vulg.cauſa permutationis.

† Actio præſcriptis verbis vnde dicatur, pulchrè Alci.lib. diſpun. 4. c. vlti.

* Locũ hũc pulchrè explicat Alciat. lib.Parerg.5. cap. 15.

conductione,mandato. Ideóque Pedius [a] ait, alienam rem dantẽ, nullam † contrahere permutationem. Igitur [b] ex altera parte traditione facta, ſi alter rem nolit tradere: non in hoc agemus, [c] vt interſit * noſtra, illam rem accepiſſe, de qua conuenit: ſed vt res cõtrà nobis reddatur, condictioni [d] locus eſt,quaſi re non ſecuta.

Qui permutat, debet cauere de vitiis & morbis, ſicut vendẽs. Bar.

II IDEM *libro quinto ad Plautium.*

ARiſto ait, quoniã permutatio vicina † eſſet emptioni, ſanũ quoq; furtis noxiſq; ſolutũ, & nõ eſſe fugitiuum ſeruum præſtandũ,qui ex cauſa * daretur. [e]

Supra dictum eſt de actione pręſcriptis verbis,quę datur pro æſtimatione & permutatione: nunc verò ſimpliciter & in genere de præſcriptis verbis, & in factum actione. Bartolus.

## DE PRÆSCRIPTIS VERBIS, † & in factum actionibus.

### TITVLVS V.

Vbi incertum eſt in quam ſpeciem contractus cadat, ad actionem præſcriptis verbis, ſeu in factum recurritur. Bartolus.

I. PAPINIANVS *libro octauo Quæſtionum.*

NOnnunquam euenit vt ceſſantib⁹ iudiciis [f] proditis, & vulgaribus [g] actionibus, cùm proprium nomẽ inuenire non poſſumus, [h] facilè deſcendamus ad eas quæ in factũ appellãtur. [i] Sed ne res exemplis egeat, paucis agam. * Domino mercium in magiſtrũ nauis, ſi ſit incertũ vtrum nauem cõduxerit, an merces vehendas locauerit,ciuilem actionẽ in factum eſſe dandam, Labeo ſcribit. [k] Item ſi quis pretij explorandi gratia rem tradat: neque depoſitum,neq; commodatũ erit: ſed nõ exhibita fide, in factum ciuilis ſubiicitur actio.

II. CELSVS *libro octauo Digeſtorum.*

NAm cum deficiant vulgaria atq; viſitata actionũ nomina, præſcriptis verbis [l] agendum eſt.

III. IVLIANVS *libro quartodecimo Digeſtorum.*

IN quam neceſſe eſt confugere, quotiens contractus exiſtunt, quorum appellationes nullæ iure ciuili proditæ ſunt.

IIII. VLPIANVS *libro trigenſimo ad Sabinum.*

NAtura enim rerum conditum eſt, † vt plura ſint negotia, quàm vocabula. [m]

Hæc eſt difficilior, & forte lex vtilior quæ ſit in ff. veteri. Et primò ponitur thema & queſtio. Secundò altius exorditur materiam diuidẽdo eam in quatuor partes: ſcilicet in quatuor contractus innominatos. Tertiò proſequitur primũ. Quartò proſequitur ſecũdum. Quintò proſequitur tertiũ. Sextò proſequitur quartũ. Septimò determinat quæſtionẽ propoſitã. Secunda ibi, in hac queſtione. Tertia ibi,& ſi quidẽ. Quarta ibi, at cum do. Quinta ibi, quòd ſi faciã. Sexta ibi, ſed ſi facio. Septima ibi, ſi ergo. Prima particula nõ recipit ſummariũ, quia merè factũ ponit. ſecunda etiam nõ ſummatur, quia ponit diuiſionẽ merè. B.

A *l.naturalis.per totum.Item actio in factum habet locum in tribus generibus negotiorum. Primũ videlicet præſcriptis verbis, & tunc dicitur in factum ciuilis: vt.ꝟ.eod.l.prima.in fine.&.ꝟ.de dolo.l.& eleganter.§.item Labeo. Secundò, in locum omnium edictorum & interdictorum, quibus ſpecialia nomina actionum non accommodantur: vt inſtit.de interdict.§.fin. Tertiò vbicunque ſuadet æquitas actionẽ dari, vt ex contractu, vel etiã extra contractum.vnde dicitur dari ex variis figuris cauſarum, quaſi non habeat certas ſemitas, ſed ſit anomala: vt ꝟ.de actionibus & obligationibus.l.prima. &.C.de ſacroſanct. eccleſi.l. ſancimus.&.ꝟ.e.l.quoties.cùm incertum eſt aliquid dari. ſed vbi eſt æquũ vt detur, tunc hæc datur. vbi certũ eſt nullã dari, ſed æquum eſt dari, tunc in factũ ſubſidiaria. Accurſius.*

*Speciales dedit titulos de actione præſcriptis verbis æſtimatoria & de ea quæ ex permutatiõe oritur, quia ex his duabus cauſis actio præſcriptis verbis bonæ fidei eſt, ex ceteris ſtricta. Hic igitur titulus eſt potiſſimũ de cæteris actionib⁹ præſcriptis verbis quæ ſunt ſtrictæ. Et vt re ipſam definiamus ſummatim, actio præſcriptis verbis eſt actio in factũ ciuilis, quæ naſcitur ex cõtractib⁹ qui nõ appellãtur proprio nomine. Vel condictio incerti quæ datur ex cõtractibus incertũ. quales multi proponuntur in hoc titulo. Ciuilis actio dicitur quæ tamen non directa ſed vtilis eſt, id eſt cõparata ad exemplũ directarũ quæ ex his cõtractib⁹ ſunt qui ſuo nomine deſignantur. Et cõdictio incerti, quia id quod intereſt perſequitur. et præſcriptis verbis quaſi τῶν προγεγραμμένων συμφώνων, vt Græci interpretãtur, rectè, quia ex cõuentionibus tãtum datur quæ ſcilicet alio nomine non appellãtur, ſimiles tamẽ ſunt ciuilibus quæ ſuum nomen habẽt, & in factũ, quia quod nomine nõ poſſunt exprimere negotium, id rei geſtæ enarratiõe declarãt citra formulã ſolemnitatẽ vllã.l.cùm mota.C. De tranſact.l.1.C. De reuoc.iis quæ in fraudem credit. Nec tamẽ omnis actio in factum, præſcriptis verbis non in factum ciuiles accõmodata legi Aquiliæ, vel alij, non in factum prætoria, quæ ſignificantur poſteriori parte huius rubricæ, Et in factum actionibus, quæ non ex contractibus dantur ſicut præſcriptis verbis, ſed ex multis aliis variiſque cauſis. Cuiacius.*

oritur ex[a] cõtractibus innominatis, nõ poteſt in de nomẽ aſſumere: cùm cõtractus ſit innominat⁹. vocatur ergo actio præſcript. ver. hoc eſt actio deſcendens ſeu cõpetẽs ex verbis præſcrip.ſeu. propoſitis, ſecundum Bal. hic.

† Huc pertinent quæ de fingendis nouis vocabulis pręclarè explicat Cic. lib.3. de finib. bon & mal. circa prin.

c *Agemus.* ſcilicet tantum. nam habet locum præſcrip.verb.vt compleatur contractus: & condict.ob.cau. ſi nolit impleri, ſed repetere datum: vt hic, & infra tit.j.l.naturalis.§.ſin autem rem do vt rem.&.l.ſi tibi decem.&.C.eodem.l.quoniam.

d *Condictioni.* quarta differẽtia eſt.Itẽ quinta: quia in venditione nõ trãſit dominiũ, niſi pretio ſoluto: vt inſti.de re.diui.§.vẽditæ. ſed ĩ permutatione ſic.Itẽ in quibus cõueniũt, dic vt.C.e.l.ij.Ac.

e ARiſto Daretur. quoniã & in vẽditionib⁹ hęc pręſtãtur: vt.ꝟ. de act.emp.l.ex empto.§.animaliũ.& ſequẽtib⁹.§.§. Ac.

DE PRÆSCRIPTIS VERBIS,&c.

*Præſcriptum verbis ideò dicitur, quia certa & præſcripta verba erant huic actioni, dum daretur in his contractibus vbi hæc datur, ſicut in quibuſlibet aliis actionibus: [a] vt ſupra de origi. iur.l.ſecunda.§. omnium. ſed aliæ acquiſierunt ſibi nomina, hæc nõ aliud, niſi quòd ſic diceretur præſcriptis verbis: & habet locum in tribus generibus negotiorum. Primò in pactis incontinenti appoſitis: vt.C.de pact.inter emptorem & vendito.l. ſecunda. Secundò vbicunque dubitabatur de actione circa contractum: vt.ꝟ.eo.l.prima, ſecunda, & tertia.&.l.ſi tibi.&.ꝟ.de æſtim.act.l.1.in principio. Tertiò in tribus contractibus innominatis, ſcilicet do vt des: do vt facias: & facio vt facias. In quarto autem, ſcilicet facio vt des, datur de dolo: vt.ꝟ.eo.*

a] Tu dic quòd actiones nomina tæ denominãtur à contractibus no minatis ex quibus oriũtur: iſta verò actio quæ

NOnnunquam.] CASVS. Euenit aliquando vt dubitemus de nomine contractus, & ſic de act. & ideò agitur præſcrip.ver.& dat duo exempla, & plana eſt. Viuianus.

f *Iudiciis.* id eſt actionibus.& dic proditis, id eſt adinuentis.

g *Et vulgaribus.* &, pro id eſt.

h *Non poſſumus.* propter dubitationem de nomine cõtractus: vt infra proxi.§. & ſic non obeſt.ꝟ. de dolo. & eleganter.§.non ſolùm. quia illa regula obtinet cùm in maleficiis occurrit dubitatio: ſicut & dixi ſupra de æſtimato.actio.in princip.

i *In factum appellantur.* quas appellat infra eo.l.proxi. præſcriptis verbis.

k *Scribit.* ſed ſi non eſt incertum, datur vel locati, vel conducti: vt ſupra ad le.Rho.de iact.l.ij.circa princ.

l NAm cùm. Præſcriptis verbis. quam ſupra.l. proxi. appellauit in factum. Accurſius.

m *Vocabula.* ſcilicet actionum.

*Naturalis.*]

N*Aturalis.*] CASVS. Ex ancilla tua habeo filiũ qui tuus eſt ſeruꝰ,& ex mea tu habuiſti filiũ,qui eſt meus ſeruus. cõuenimꝰ vt tu filiũ meũ manumitteres,& ego tuũ:& ego manumiſi, & tu nõ. qua act. tecũ agã quæritur:& datur ſolutio in fi.l. Secũdò dicit,ꝙ occaſione huiꝰ quæſtionis poteſt inquiri hîc totꝰ tractatus: vt hincinde dat̃ aliquid,qui cõtractꝰ diuidit̃ in quatuor ſpecies: aut do vt des: aut do vt facias: aut facio vt des: aut facio vt facias. [ET SI QVIDEM.] Hîc ꝓſequitur primũ, hoc modo. ſi do pretiũ pro re, tũc eſt emptio. ſi do ſpeciẽ pro ſpecie: tũc eſt innominatꝰ, do vt des: quo caſu ſi ego dedi,& tu nõ des, poſſum vel cõdicere quod dedi: vel præſcript. ver. petere qđ intereſt, niſi perierit ſine culpa tua qđ mihi dare debebas. [AT CVM DO.] Hîc ꝓſequitur ſecũdã ſpeciẽ. hoc modo: ſi do tibi decẽ vt facias opus locabile, puta vt ſcribas: eſt locatio, ſi do ſpeciẽ, tũc innominatus: & ago cõdictione ob cauſam ad repetendũ quod dedi: vel pręſcrip. ver. ad intereſſe. ſ. ſi nolis facere qđ conueniſti. Itẽ ſi factũ eſt nõ locabile, vt manumittere ſeruum: ſimiliter tunc condico, vel præſcr. verb. ago ad intereſſe. Quid autẽ ſi ſeruus quem dedi tibi vt manumitteres, euictus eſt cũ iã manumiſeris? tũc ſi ſciẽs alienũ dedero, teneor de dolo: aliàs in factũ ꝓ intereſſe prædictæ euictionis. [QVOD SI.] Tertiã ſpeciẽ ꝓſequitur ſic: Ecce cõueni vt manumitterẽ ſeruũ meũ, vt dares mihi tuũ:& eũ manumiſi, tu nõ das. ago de dolo. [SED SI FACIO.] Quartã & vltimã proſequitur ſic: Cõueni tecũ, vt tu à meo debitore exigas Carthagine, ego à tuo Romæ: vel ego in tuo,& tu in meo ſolo ædifices:& ego feci,& tu nõ feciſti. qua agã act? & videtur in primo caſu mãdati, ſine quo neq; tu à meo, neq; ego à tuo debitore petere poſſum. Ecõtra,ꝙ nõ: quia nõ reddũtur impenſæ hincinde. ſed hoc non nocet: quia mandatũ quãdoque mutat naturã ex pacto, vt & in hoc caſu, ſi ꝓcurator agat vt teneat̃ de lata culpa tantũ: ex quo apparet, ſiue æqualiter, ſiue inæqualiter impẽdamus, ſit mãdatũ. ſed hoc allegãdo dixit. veritas autẽ eſt, vt fiat innominatus contractus, facio vt facias. & agã præſcr. ver. quæ actio habet naturã locati & cõducti. [SI ERGO.] Ex prędictis apparet ſolu. primę quæſtionis huius legis,ꝙ agã actio. præſcri. verb. ad intereſſe, inquantum mea intereſt me non manumiſiſſe: quod intereſſe nõ minuitur per hoc quòd habeo illum libertum quem manumiſi.

V. PAVLVS. *libro quinto Quæſtionum.*

NAturalis meus filius ſeruit [a] tibi,& tuus filius mihi. cõuênit inter nos, vt & tu meũ manumitteres,& ego tuũ. ego manumiſi, tu nõ manumiſiſti. qua actione mihi tenearis quæſitũ eſt. [b] In hac quæſtione, [c] totius ob rem dati [d] tractatꝰ inſpici poteſt: qui in his [e] competit ſpeciebus. Aut enim do tibi vt des: aut do vt facias: aut facio vt des: aut facio vt facias. in quibus quæritur, quę obligatio [f] naſcatur.

Hæc eſt tertia pars, in qua proſequitur naturã primi cõtractus innominati, do vt des. Et breuiter hoc intendit. Si pecunia datur vt res recipiatur, eſt emptio. ſed ſi res datur pro re, eſt cõtractus innominatus, ex quo oritur actio pręſcriptis verbis ad intereſſe: & poteſt etiã agi cõdictione ob cauſam: & periculũ rei ſpectat ad eũ qui eam rem recipere debet, ſicut in venditione & emptione. Bar.

A Et ſi quidẽ pecuniã dem vt rẽ accipiã, emptio & venditio [g] eſt. Sin autẽ rem do vt rem accipiã: quia nõ placet [h] permutationẽ rerum emptionẽ eſſe, dubiũ nõ eſt naſci ciuilẽ obligationem: in qua actione [i] id veniet, nõ vt reddas quod acceperis, ſed vt damneris mihi quanti intereſt mea illud de quo cõuenit accipere: vel ſi meũ [k] recipere velim, repetatur quod datum eſt, quaſi ob rem datũ, re non ſecuta. Sed ſi ſcyphos tibi dedi, vt Stichũ mihi dares: periculo meo [l] Stichus erit, ac tu dũtaxat culpã præſtare debes. Explicitus eſt articulus ille, do vt des.

B Si datur pecunia pro facto quod ſolet locari, eſt locatio, ſi res datur pro facto, eſt cõtractus innominatus:& ex eo poteſt agi præſcriptis verbis ad intereſſe. ſed ſi factũ locari non ſolet: quicquid detur, eſt cõtractus innominatus:& ideò ex eo poteſt agi præſcript. verb. poteſt etiam datum condici. Bar.

At cũ do [m] vt facias: ſi tale ſit factum,ꝙ locari ſoleat, puta vt tabulam pingas, pecunia data [n] locatio erit: ſicut ſuperiore caſu [o] emptio. ſi res, [p] nõ erit locatio, ſed C naſcetur vel ciuilis actio in hoc quod mea intereſt, vel ad repetẽdum cõdictio. Quod ſi tale eſt factũ, quod locari nõ poſſit, puta vt ſeruũ manumittas, [q] ſiue certũ tẽpus adiectũ eſt, intra quod manumittatur: idq́;, cũ potuiſſet manumitti, viuo ſeruo tranſierit: ſiue finitũ [r] nõ fuerit,& tãtum tẽporis cõſumptũ ſit, vt potuerit debueritque manumitti: [ſ] condici ei [t] poteſt, vel præſcriptis verbis [u] agi. quod his [x] quæ diximus, [y] D

a *Seruit.* aliàs *ſeruiebat.* id eſt ſeruus tuus erat, quia ex ancilla tua eum habueras. & ſic ponitur in authen. vt liber. de cætero. §. ſi quis autem. in fin. §. coll. vj.

b *Quæſitũ eſt.* ſed nõ ſoluit hîc: ſed. j. ea. l. §. fi. ibi, ſi ergo &c. Ac.

c *In hac quæſtione.* id eſt occaſione iſtius quæſtionis.

Rei verbum facta comprehendit.

d *Dati.* id eſt cuiuſlibet dati, vel cuiuſlibet rei datæ, vel etiam facti ob rem, vel ob ſpeciem, vel factum. nam verbum rei, etiam facta comprehendit, cùm ſit generale: vt ſupra ſi cer. peta. l. j. in fin. ſed pro futuris tantùm: vt ſupra de condict. inde. l. damus.

e *In his.* ſcilicet quatuor ſub quibus nominati continentur.

f *obligatio.* i. obligatio quæ parit ciuilẽ actionẽ præſcri. ver. ipſa tamẽ obligatio eſt de iure gentiũ, cũ fuit ante vẽditionẽ: vt. s. de cõtra. empt. l. j. quæ vẽditio eſt de iure gentiũ: vt inſti. de iur. natu. §. ius autem. Vel dic, id eſt approbatam à iure ciuili. Accur.

A g *Emptio & venditio.* imo videtur do vt des: vt. s. de condict. ob cau. l. fin. in prin. quæ eſt contra. Solu. hîc pecunia fuit in quantitate, ibi in ſpecie. Vel ſol. vt ibi.

h *Non placet.* vt. s. de contrah. emp. l. j. &. s. de rerum permu. l. j. circa princi.

i *In qua actione.* ſ. pręſc. ver. quæ oritur ex tali obligatione ciuili. nam per hãc actionẽ agitur ad intereſſe, vel ad fieri quod eſt cõuentum: vt hîc,& C. e. l. cũ precibꝰ in fi. & j. eo. ob eã. & j. proxi. ſed per cõdic. ob cau. repetitur datũ: vt hîc ſubiicit, & C. eod. quoniam.

k *Meũ.* ſ. quõdam. nã ſi nũc eſſet meum, non daretur condictio aliqua: vt. s. vſufructua. quemad. ca. l. fin.

l *Periculo meo.* ſ. ante traditionẽ: ſicut eſt in vẽditione: vt inſtit. de cõtrah. emp. §. cum autem. Sed cõtra. s. de cõdic. ob cau. l. fin. ibi, & ideò ſi mortuꝰ &c. Solu. ibi in genere, hîc in ſpecie. vel dic ꝙ hîc ſcyphi fuerũt æſtimati, & loco pecuniæ numeratæ dati. ſed tunc eſſet emptio: vt C. de reſcin. ven. l. pretij. Vel meliꝰ dicas, periculo meo erit. ſ. ſi moriatur, nõ teneris eũ tradere: teneris tamẽ cõuentus cõdictione ob cauſam, vt qđ accepiſti, reſtituas. vel ſol. vt ibi. Accur.

m *At cũ do.* tũc eſt do vt facias, quando prius debet dari. & poſtea fieri: licèt quãdoq; pręueniatur in faciẽdo. ſic enim omnes dinoſcũtur,& tũc nihilominus datur actio præſcri. ver. licèt in faciendo præueniat̃. ſpectatur enim cõuentio ſecũdũ Ioã. vt C. de trãſact. l. cùm mota. licèt alij ſolùm inſpiciant quæ fiant prius.

n *Pecunia data.* in quantitate: vt ſtatim dices. Accur.

o *Superiori caſu.* in illo ver. & ſi quidem &c.

p *Si res.* id eſt ſpecies, vel pecunia vt ſpecies: vt arg. infra de lega. j. plane. §. ij. Et not. hic quòd locatio non eſt, niſi merces in pecuniæ quantitate conſiſtat: vt hîc,& ſupra depoſi. l. j. §. quòd ſi operæ. & ſupra loca. l. & hæc diſtinctio. §. fina. Accur.

Locatio non eſt, niſi merces in pecuniæ quantitate cõſiſtat.

q *Manumittas.* puta, do tibi aliquid, etiam pecuniam. Accur.

r *Siue finitum.* id eſt adiectum. Accur.

ſ *Manumitti.* quod eſt duorum menſium: vt. j. qui ſine ma. ad li. per. l. fina.

t *Condici ei.* ſcilicet quod datum eſt: vt Co. de condict. ob cau. ſi liber. in prin. &. s. de condic. ob cau. l. dedi. §. j. Accur.

E u *Præſcriptis verbis.* ſed videtur ꝙ nulla ſit actio: cùm ipſe ſit liber adueniente die appoſito: vt C. ſi man. ita fue. alien. l. ſi is qui. quæ eſt contra. Solu. ibi nomine pretij accepit: hîc autẽ ob cauſam,& ſic vt ſpecies. Vel hîc pœnituit ante manumiſſionẽ datã, quod poteſt: vt. s. de condict. ob cau. l. dedi. §. j. Vel fortè hîc erat ſeruus alienus: ibi proprius, qui ad libertatem peruenire nõ poterat. Vel hîc de actu manumittendi dixit. Item no. hîc. quòd nõ datur locati, vbi tale eſt factum quod non conſueuit locari: vt hîc,&. s. ſi men. fal. mo. l. j. §. ideo. Item not. vtramque ex iſtis dari, vel condictionem ad repetendum, vel præſcrip. verb. ad contractum implendum: vt infra de manumiſſ. l. ſi quis ab alio. Vel etiam actionem præſcrip. ver. ad intereſſe præſtandum: vt ſupra eo. §. ſi autem rem do.

x *Quod his.* id eſt cum his.

y *Diximus.* de hac ſupra proxi. §. ſi autẽ rem do. & ſupra proxi. reſpon. cum ſcilicet non eſt venditio vel locatio.

UNED

conuenit.[a] Sed ſi dedi tibi ſeruum, vt ſeruum tuũ manumitteres,& manumiſiſti:& is quem dedi, euictus eſt: ſi ſciens dedi, de dolo[b] in me dandam actionem Iulianus ſcribit. ſi ignorans, in factum[c] ciuilem.

In facio vt des, non habet locũ actio pręſcrip. verbis: ſed ad actionem de dolo recurritur. Bar.

Quod ſi faciam[d] vt des,[e] † & poſtea quàm feci, ceſſas dare: nulla erit ciuilis actio: & ideò de dolo dabitur.

Ex contractu facio vt facias, oritur actio præſcriptis verbis, quæ habet ſimilitudinem cum actione mandati. Bar.

Sed ſi facio vt facias, hęc ſpecies tractatus[f] plures recipit. nam ſi pacti ſumus vt tu à meo debitore Carthagine exigas, ego à tuo Romæ: vel vt tu in meo, ego in tuo ſolo ædificem: & ego ædificaui, & tu ceſſas: in priorem ſpeciem mãdatum quodãmodo interueniſſe videtur,[g] ſine quo exigi pecunia alieno nomine non poteſt. Quãuis enim & impendia ſequãtur,[h] tamen mutuum[i] officium præſtamus: & poteſt mandatum ex pacto etiam naturam ſuam excedere. Poſſum enim tibi mandare vt & cuſtodiam mihi præſtes,[k] & non plus impendas in exigendo quàm decem. & ſi eãdem quãtitatem impenderemus, nulla dubitatio eſt.[l] Sin autem alter fecit,[m] & vt hîc mandatum interueniſſe videatur, quaſi refundamus inuicem impenſas. neque enim de re tua tibi mando. Sed[n] tutius[o] erit, & in inſulis fabricandis, & in debitoribus exigendis, præſcriptis verbis dari actionem: quæ actio ſimilis[p] erit mandati actioni: quẽadmodum in ſuperioribus caſibꝰ locationi & emptioni.

Iſta eſt vltima particula in qua determinatur quæſtio propoſita in princip. huius. l. & .h.d. In facio vt facias, datur actio præſcri. ver. in qua venit quantũ intereſt mea fieri quod conuênit. quòd ſi illud intereſſe ceſſat, quanti intereſt mea nõ feciſſe. itẽ habere libertũ, non eſt ius æſtimabile. Bar.

Si ergo hæc ſunt vbi de faciendo ab vtroque conuênit,[q] & in propoſita quæſtione idẽ dici poteſt: & neceſſariò[r] ſequitur, vt eiꝰ fiat condemnatio, quanti intereſt mea ſeruum habere quẽ manumiſi.[ſ] An deducẽdum erit, quòd libertum habeo? Sed hoc non poteſt æſtimari.[t]

Error in nomine contractus nõ vitiat contractum. Bar.

VI. NERATIVS *libro primo Reſponſorum.*

INſulam hoc modo, vt aliã inſulam reficeres, vẽdidi.[u] Reſpõdit, nullã eſſe venditionẽ: ſed ciuili intẽtione incerti[x] agẽdũ eſſe.[y]

---

a *Conuenit*. penulti. breuis eſt. Azo.

b *De dolo*. id eſt præſcrip. verb. propter dolum, vt iuretur in litem. Sed quomodo hoc? Reſpon. quia iuratur in nominato contractu, cui hîc ſimilis eſt: argu. j. §. vlti. Vel vt agatur ad intereſſe etiam antequã euincatur: vt ſupra de act. empt. l. ſi ſeruus quẽ. §. fi. Sed quidam dicunt dari de dolo: & ideò ipſo iure nullus eſt hîc contractus dolo dante ei cauſam: vt ſupra de dolo. & eleganter. circa prin. ſed malè dicũt: vt Co. de inuti. ſtipu. l. dolo. Sed nec per dolũ induxi: licèt ſciẽs fui de re quam dedi: quæ aliena erat. Itẽ ideò nõ de dolo: quia nõ principaliter ex meo facto, ſed de tuo teneor. Nã quia manumiſiſti, ideò me obligaſti ad dandũ: ibi non dedi, cùm erat alienus.

† Quæ ſit ratio quare in hac ſpecie non detur actio præſcrip. verbis, pulchre Alc. lib. paradox. ſ cap. 7.

c *In factum*. ſ. à prætore dandã, vt ſibiipſi nõ cõtradicat Iulianꝰ qui hoc dixit. ſ. de pactis. l. iuriſgentium. §. j. & ſic reprehẽditur & corrigitur per Mauricianũ quod hîc dicitur: vt in ead. l. iuriſgentium. §. j. in fine. §. Vel dicas ꝙ Iulianus variauerit: qui aliter hoc dixit ibi, & aliter & melius hîc, vt det ſpeciem.

d *Quod ſi faciam*. & ideò de dolo. Sed certè imò & vbi eſt ciuilis, vt ĩ do vt des, videt ꝙ hæc de dolo locũ habeat: vt C. de dol. l. cũ proponas. quę eſt contra. Sol. ibi fuit facio vt des. licèt enim accepi ancillam, & ſeruũ dedi vt manumitteres: attamen hæc datio pro facto habetur quaſi ego videar manumiſiſſe. Itẽ in hoc facio vt des, videtur dandam præſcrip. verb. vt C. de trãſact. l. cum mota. Sol. ibi erat do vt facias, licèt ibi præuentum fuerit in faciendo. vnde nihilominus datur præſcript. verbis. Vel dic, vt ſtatim dices, quia ibi aliquid tibi aderat cui factum fuerat: hîc non. Sed quæro, quare in contractu facio vt des, non datur actio præſcrip. verb. ſicut in ſuperioribus? Reſpon. ſecundum Azo. imò datur, niſi in caſu, ſcilicet cum tale ſit factum vt mihi abſit, & tibi non adſit: vt Co. de dolo. cùm proponas. Et ita intelligitur hîc. aliàs autem bene poteſt dari præſcript. verb. cùm ratio diuerſitatis reddi non poſſit: vt infra de verbo. obli. l. à Titio. Et hoc modo poteſt intelligi quod eſt Cod. de tranſactio. l. cum mota. vt modò dixi. Sed hanc diſtinctionem reprobat Alb. & Io. & Ir. arg. C de trãſact. l. actione. & infra. e. ſolent. in fin. ſed in vtraque eſt ſol. Alij vt Io. reddunt talem rationem: quia inueniretur inæqualitas. nam ille qui dat, poteſt repetere quod dedit, & etiam agere præſcript. ver. ad intereſſe. at ille qui facit, quod factum eſt, nequit repetere. ne ergo inæqualiter conſtituatur actio, recurritur ad actionem de dolo. ſed hoc non valet, quia idem inueniretur in do vt facias: nam ibi eſt inæqualitas prædicta. ſed ipſi dicunt quòd tunc non facilè contingit vt præueniat in faciendo: & ideò non facilè datur ei condictio. Io. dicit factum grauius quàm datum: & ideò durius agitur contra rumpẽtem fidem: vt infra de pœnis. l. in ſeruorum. §. fi. quod nõ placet. Eſt ergo ratio prima bona: quia veſtienti contractum actio debet dari præſcrip. ver. Veſtire autem dico cũ ex eo quod facio, aliquid tibi adeſt: alioquin datur actio de dolo. Hæc ratio fallit in facio vt facias, vt ſi de manumittendo conuênit vt manumitteres: vt infra ea. l. in fin. Sed ibi eſt alia ratio: quia factum eſt in obligatione ab alia parte: vnde agitur ad intereſſe. Sed nonne tranſactio eſt facio vt des, & tamen non datur actio? Reſpon. quia non impleuit: vt ſupra de condict. inde. & eleganter. §. pe. Item contra ſupra de condic. ob cau. l. dedi. §. ij. vbi datur condictio.

e *Vt des*. aliqd ĩ ſpecie.

f *Tractatus*. i. quæſtiones. ſic exponitur. ſ. ſi pars her. peta. l. fi. in fi.

g *Videtur*. quod falſum eſt: quia non fuit gratuitum. vnde infra dicit dandam pręſcrip. ver. Accur.

h *Sequantur*. ſic non repetẽdo: quia à nullo repetuntur expenſæ. Accurſius.

i *Mutuum*. quod non impedit mãdatum, ſed merces.

k *Præſtes*. in re locata: & ita locatio immutat naturam ſuam. loquitur enim ꝑ ſimile. Vel dic, in mãdato loqui, vt ex pacto de leui culpa, nõ de leuiſſima teneatur. nam niſi dicat cõtrarium, ſemper de leuiſſima tenetur, ſecundũ nos: ar. C. mã. l. à procuratore. ſed ſecundùm alios qui dicunt in mãdato tantũ leuem culpam venire, planum eſt.

Locatio quãdoque naturam ſuam immutat.

l *Dubitatio eſt*. has enim ego tibi & tu mihi videris reſtituere impẽſas: vnde videtur eſſe mandatum. Azo.

m *Feceris*. ſi maiores ſumptus facit vnus q̃ alius: magis eſt, ſubaudi, vt hîc &c. quicquid dicit, allegando dicit. Azo.

n *Sed*. vſque nũc dictũ eſt allegando, nũc ſententiando. Accur.

o *Tutius*. nec enim actio mandati datur: quia mandatum non fuit gratuitum. Azo.

p *Similis*. non tamen ideò dicitur bo. fi. ſed ideò, quia quæ veniunt in illa de dolo, culpa lata, vel leuiſſima, vel leui: & in iſta veniunt. Et no. quòd in omnibus his contractibus innominatis obſeruo vt id in ſingulis veniat, quod venit in eo cui eſt ſimile in culpa: vt. ſ. depo. l. j. §. in cõducto, & in vſuris: vt infra eo. Titius. & vt iuretur in litem fortè: vt. ſ. §. at cum do. in fi.

q *Conuenit*. vt detur præſcript. verb. actio ad intereſſe.

r *Neceſſariò*. cũ ratio diuerſitatis reddi nõ poteſt: vt. j. de verbo. oblig. à Titio. in fi. & dixi de hoc. ſ. ad leg. Aquil. illud. Accur.

ſ *Manumiſi*. non dicit quanti intereſt illum manumitti: quia nõ poteſt ſic inſpici intereſſe: argu. contra ſupra ea. l. §. ſi autem rem do. vel quod in plus mihi expedit.

t *Aeſtimari*. non enim eſt, id eſt fingitur, quòd non ſit locupletior qui libertũ habet: vt hîc, & j. de reg. iur. l. nemo. §. j. & j. quibus ad lib. ꝓcla. nõ lic. l. ij. in fi. Sed cõtra. ſ. de act. emp. idémq;. in fi. Solu. hîc nõ debet æſtimari ꝙ libertum habeo, cùm manumiſſionem fecerim: non vt meæ ſed vt tuæ ſatisfacerem volũtati. potius ergo tibi debes imputare, qui me ad hoc faciẽdũ induxiſti: nec modò idẽ vis adĩplere. at ibi emptor manumiſit ꝓprio arbitrio ſuæ volũtati ſatisfaciendo: vnde quod ex eo ſibi prouenit, ſecum cumpẽſare debet, ſecundum Azo. Itẽ potes ſuper hac l. diſtinguere de pactis appoſitis in contractibus innominatis, vt plenè dixi. ſ. de contrahen. emp. l. pacta. in fi. glo. Accur.

u *INſulam. Vendidi*. id eſt, dixi me vendere.

x *Incerti*. id eſt præſcriptis verbis, quæ datur ad incertum, id eſt ad intereſſe: vel vt fiat quod conuênit. Azo.

y *Agendum eſſe*. vt fiat quod conuênit: vt. j. e. ſi vir. Accur.

Si tibi

a *SI tibi decem dedero.* vt ſpeciem : alioquin ſuccederet conſtitutio : & faceret eum liberum : vt. C.ſi man.ita fu.alie.ne proſtit.l.iiij.Accurſius.

b *SI dominus ſeruum. Argueretur.* feciſſet, necne. Azo.

c *Aeſtimatum.* ſi non eſt æſtimatum, agitur ob cauſam tantùm : non ad æſtimationem, quæ facta non eſt: vt ſupra de cõdict.ob cau.l.penul.

d *Ciuiliter.* id eſt, præſcriptis verbis. Accur.

e *Tunc enim.* ſi deprehenſus fuiſſet. Azo.

f *Datam.* i.ſi iam eſſet ſoluta domino. Accur.

g *Tametſi.* i.quamuis.

h *Lege.* id eſt pacto.

i *Probaretur.* vt. C.eo. l.rebus. Accurſius.

OB *eam.*] CASVS. Debebas mihi.x. & tibi Titius.x. Accepto tuli tibi vt mihi Titiũ delegares : quod non facis: ago præſcriptis verbis vt deleges: & ſic delegatum faciã condemnari. Viuia.

k *Accepto.* id eſt per acceptilationem. Acc.

l *Incerti actione.* id eſt præſcrip. ver. vt fiat qđ conuênit : vt ſubiicit, &.C.de dolo.l.legem.

m *Non vetus.* imò vetus inſtauratur: vt.ſ̃.de condict.ob cau.ſi quis accepto. quæ eſt cõtra. Sol. hîc certũ promiſit expromiſſorem : ibi in genere. Vel hîc purum erat debitũ primũ : ibi conditionale. Vel dic, (quod eſt veriꝰ) nõ eſſe contrariũ: nec abſurdũ hãc actionẽ cum cõdictione ob cauſam cõpetere, vt ſe reponat in obligationẽ: vel ad pecuniã tãtùm ſi obligatio hæc amiſſa fuerat pura. & ſubaudias ſecũdùm hoc hîc tãtùm, vt & ibi dixi. Accur.

n *Reſtaurabitur.* per hãc actionem incerti : ſed per condictionem reſtaurabitur : vt ſupra de cõdic.cau.da.ſi quis accepto. Accurſius.

o *Vt condemnatio.* id eſt vt cõdemnetur qui ſic delegatur.

P*Artis.*] CASVS. Maritus legauit vxori vſumfr. tertiæ partis omnium bonorum ſuorũ: eo moriẽte cum bona non deferrentur per heredes, creditores vendiderunt pro. ccc. vxor accepit centũ : & nõ promiſit reſtituere finito vſufruc. tandem deceſſit mulier : & ſic finitus eſt vſusfr. quæritur qua act. heredes viri cõtra heredes mulieris agere poſſunt? Et dicit, in factum. Vi.

p *Legauit.* maritus vxori. Accurſius.

q *Aeſtimatione.* facta.

Vbi ceſſat intereſſe fieri quod conuênit : recurrimus ad condictionem ob cauſam. Bart.

VII. PAPINIANVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

SI tibi decem dedero, [a] vt Stichum manumittas, & ceſſaueris : confeſtim agam præſcriptis verbis, vt ſoluas quanti mea intereſt : aut ſi nihil intereſt, condicam tibi, vt decem reddas. B

Vbi eſt do vt facias & des: oritur actio præſcript. verb. vt fiat quod conuênit. Bartolus.

VIII. IDEM *libro vicenſimoſeptimo Quæſtionum.*

SI dominus ſeruum, cùm furto argueretur, [b] quæſtionis habendæ cauſa æſtimatum [c] dediſſet, neq; de eo compertum fuiſſet, & is non redderetur, eo nomine ciuiliter [d] agi poſſe : licèt aliquo caſu ſeruum retenturus eſſet, qui traditum accepiſſet. Poteſt enim C retinere ſeruum ſiue dominus pro eo pecuniam elegiſſet, ſiue in admiſſo deprehenſus fuiſſet. tunc enim [e] & datam [f] æſtimationẽ reddi à domino oportere. Sed quæſitũ eſt, qua actione pecunia, ſi eam dominus elegiſſet, peti poſſet. Dixi, tametſi [g] quod inter eos ageretur, verbis quoque ſtipulationis concluſum non fuiſſet : ſi tamen lex cõtractus non lateret, præſcriptis verbis incerti & hîc agi poſſe : nec videri nudum pactum interueniſſe, quotiens certa D lege [h] dari probaretur. [i]

Liberatus ob cauſam, conuenitur hac actione vt faciat quod conuênit. Bartolus.

IX. IDEM *libro ſecundo Reſponſorum.*

OB eam cauſam accepto [k] liberatus, vt nomen Titij debitoris delegaret : ſi fidem contractus non impleat, incerti actione [l] tenebitur. Itaque iudicis officio nõ vetus [m] obligatio reſtaurabitur : [n] ſed promiſſa præſtabi- E tur, aut condemnatio [o] ſequetur.

Iſta lex & ſequens non loquitur de actione præſcriptis verbis vel in factũ, quæ oritur ex contractu : ſed ex quaſi cõtractu vel delicto. & breuiter hoc intendit : Cautio omiſſa repetitur per actionem incerti, & actionẽ in factum. Bart.

X. IAVOLENVS *libro tertiodecimo Epiſtularum.*

A r *Stipulatio.* de reddendo finito vſufructu.

ſ *In factum actionem.* imò videtur dari incerti : vt.ſ̃.de vſufruct. earum rerum quæ vſu conſu. hoc ſenatus.§. ſi pecuniæ. quæ eſt contra. Solu. hîc non in pecunia, ſed in ſolo fuit relictus vſusfru. legataria tamen accepit pecuniã prætermiſſa ſtipulatione : vnde decurritur ad actionẽ in factum. vel ciuiliter ibi agit cõdictione incerti ad ipſam cautionem, quod eſt incertũ. nam eſt in facto : hîc ad certum. id eſt ad pecuniam, ſecundũ Azo. finito vſufruct. Vel hîc accepit legataria pecuniam à creditoribus: & ideò agitur in factũ: vt ſ̃.ad exhi. Iulianus.§.ſi tibi. ibi, ab herede, &c.

PArtis tertiæ vſumfructum † legauit. [p] heredis bona ab eius creditoribus diſtracta ſunt: & pecuniam quæ ex æſtimatione [q] partis tertię fiebat, mulier accepit fruendi cauſa : & per ignorãtiam ſtipulatio [r] prætermiſſa eſt. Quęro, an ab herede mulieris pecunia quæ fruendi cauſa data eſt, repeti B poſſit, & qua actione. Reſpondi, in factum actionẽ [ſ] dari debere.

† Vulg. vſum fr vxori quis leg.

Vbi deficit lex Aquilia : ſuppletur actione in factum. Barto.

XI. POMPONIVS *libro trigenſimonono ad Q.Mucium.*

QVia actionum [t] non plenus numerus eſſet, ideo plerúmque actiones in factum deſiderãtur. Sed & eas [u] actiones [x] quæ legibus proditæ ſunt, ſi lex iuſta ac neceſſaria ſit, ſupplet prætor in eo quod legi deeſt: quod facit in lege C Aquilia reddendo actiones in factum accõmodatas [y] legi Aquiliæ: [z] ídq; vtilitas eius legis exigit.

Actio præſcriptis verbis datur vt fiat quod conuênit in pacto incontinenti appoſito. Bartolus.

XII. PROCVLVS *libro vndecimo Epiſtularum.*

SI vir vxoris ſuæ fundos vendidit, & in venditione comprehenſum eſt, conueniſſe inter eos, ſi ea nupta ei eſſe deſiiſſet, vt eos fundos, ſi ipſe vellet, [a] eodẽ pretio [b] mulier tranſcriberet. [c] * viD ro in factum exiſtimo iudicium eſſe reddendum : idque & in aliis perſonis obſeruandum. [d]

Si res vendenda tradatur certo pretio, vt ſuperfluum lucretur vẽditor : hac actione agetur. Bart.

XIII. VLPIANVS *libro trigenſimo ad Sabinum.*

SI tibi rem vendendam certo pretio dediſſem, vt quo pluris vendidiſſes, tibi haberes : placet neq; mandati, [e] neq; pro ſocio [f] eſſe actionem, ſed in factum, quaſi E alio negotio geſto : quia & mãdata gratuita eſſe debẽt: & ſocietas nõ videtur cõtracta in eo qui te non admiſit ſocium diſtractionis, ſed ſibi certum pretium excepit.

Vbi res ad meliorandum traditur, vt quod melioratur diuidatur : ſi dominiũ transfertur in totum, erit actio præſcript. ver. aliàs ſi dominiũ non trãsfertur in totũ ſed in partẽ, tunc erit ſocietas. B.

QVia actionum.] CASVS. Euenit ꝙ actiones ex verbis prætoris ſupplẽtur per ius ciuile : & idẽ de ciuilibus. Exemplũ primi ſit in albo corrupto, pro quo datur act. in factũ prætoria. ſed ſi dũ proponitur albũ, corrũpitur, ceſſant verba : vnde ius ciuil. ſupplet. Exẽplũ ſecũdi eſt ĩ.l. Aquilia, quæ quandoq; deficit, vt quando diſſoluis ſeruum miſericordia motus. nam deficit Aquil. & datur in factum à iure ciuili. Cætera ſunt plana in tex. vſq; ad.l.ſolent. Viuia.

t *Quia actionũ.* ſ.ſpecialiũ à prętore ĩtroducta rũ: vt.ſ̃.de iur.omni.iu. ſi qs id.§.ꝙ ſi dũ. Azo.

u *Sed & eas.* non ſolũ ſupplẽtur actiões prætoriæ, ſed & certæ leges quæ ſupplent, poſſunt dici prætoriæ. ar. ſ̃.de noxa.l.electio.&. l.ſi pluriũ.§.j.&.j̃.ad.l. Fal.l.j.§.ad eos. Azo.

* i. retro daret, & in dominium eiꝰ retro tranſferret.

x *Actiones.* ſed nõ plures ſunt actiões ĩ factũ accõmodatę legi Aquiliæ. cõuertas ergo plurale ĩ ſingulare, hoc eſt actiões in actionẽ. Ac.

y *Accommodatas.* vt & ſ̃.ad.l.Aquil.ſi ſeruum meũ.in fi. Et not. hîc ꝙ vbi deficit lex, alij ſupplent. ſic. j̃. de teſti. l. quæſitum. &.l.ſcio.

z *Aquiliæ.* vt inſtit.ad le.Aquil.§.fi. Accur.

a *SI vir. Vellet.* ſ.vir.

b *Pretio.* ſ.reddito mulieri.

c *Trãſcriberet.* i.ꝓ.eodẽ prætio ei reſtitueret. [a]

a] Quid ſit trãſcribere, Bud. hîc.

d *Obſeruandũ.* vt.&.C. de pact. inter empt. & vẽ.l.ij.& facit.ſ̃.e.l. inſulã. Et dic, tranſcriberet, id eſt pro eodẽ pretio reſtitueret. Accur.

e *SI tibi rẽ. Neq; mãdati.* vt &.ſ̃.mãda. ſi remunerãdi.§.ſi apud.

f *Pro ſocio.* ſi non fuit animus ſocietatis ineundæ : vt.ſ̃. pro ſocio.l.ſi margaritam. Accurſius.

Iulianus libro vndecimo Digeſtorum ſcribit, † Si tibi areæ meæ dominium dedero, vt inſula ædificata, partem mihi reddas: neque emptionem [a] eſſe, quia pretij loco partem rei meæ recipio: neque mandatum, quia non eſt gratuitum: neq; ſocietatem, quia nemo ſocietatem cõtrahendo rei ſuæ dominus eſſe deſinit. [b] B Sed ſi puerum docendum, vel pecus paſcendum tibi dedero, [c] vel puerum nutriẽdum, ita vt ſi poſt certos annos veniſſet, pretium inter nos communicaretur: [d] abhorrere [e] hæc ab area, eo quòd hîc [f] dominus eſſe nõ deſinit, qui prius fuit. competit igitur pro ſocio actio. Sed ſi fortè puerum dominij tui fecero, idẽ eſſe, quod in area, dicturum: [g] quia dominium deſinit ad primum dominum pertinere. [h] Quid ergo eſt? in factum C putat actionem Iulianus dãdam, id eſt præſcriptis verbis. Ergo ſi quis areæ dominium non tranſtulerit, ſed paſſus ſit te ſic ædificare, vt communicaretur vel ipſa, [i] vel pretium, erit ſocietas. Idémque & ſi partis areæ [k] dominium trãſtulerit, partis non, & eadem [l] lege ædificare paſſus ſit.

† In vulg. eſt l. 14. Si tibi areæ.

Qui me damnificat ſine cauſa, ſi quidem doloſè, tenetur mihi actione de dolo: ſi autem non doloſè, tenetur actione in factum. Paul. de Caſt.

XIIII. IDEM *libro quadragenſimoprimo ad Sabinum.*

QVi ſeruandarum mercium ſuarum [m] cauſa alienas merces in mare proiecit: nulla tenetur [n] actione. ſed ſi ſine cauſa id feciſſet, in factum: [o] ſi dolo, de dolo [p] tenetur.

Quando datur damnum de nõ corpore in non corpus: non competit actio legis Aquiliæ directa, ſed in factum ſubrogata. hoc dicit cum. §. ſequen. Pau.

Sed & ſi ſeruum quis alienum ſpoliauerit, íſque frigore mortuus ſit, de veſtimentis quidem furti agi poterit: de ſeruo verò in factum [q] agendum, criminali pœna aduerſus eum ſeruata. [r] E Sed & ſi calicem argenteum quis alienum in profundũ abiecerit damni dandi cauſa, non lucri faciendi: Pomponius libro ſeptimodecimo ad Sabinũ ſcripſit, neque furti, neque damni iniuriæ actionem eſſe: in factum tamen agẽdum. [ſ]

Actio de paſcuis pecorum non habet locum, quando fructus mei qui cadunt in alienum, depaſcuntur ſed ad actionem in factum recurritur. Bartolus.

Si glans ex arbore tua in meum fundum cadat, eámque ego immiſſo pecore depaſcam, Ariſto ſcribit, non ſibi occurrere legitimam actionẽ, [t] qua experiri poſſim. nam neque ex lege duodecim tabularum * de paſtu [u] pecoris, quia non in tuo paſcitur: neque de pauperie, neque damni iniuriæ [x] † agi poſſe. in factum itaque [y] erit agendum.

* Vide Pli. lib. 16. ca. 5. ex lege. 11. Tab.

† Flo. de dãni iniuriæ.

Pretium conuentum pro indicando furem, poteſt peti actione præſcriptis verbis: niſi dolus indicantis interuenerit. Bartolus.

XV. IDEM *libro quadragenſimoſecundo ad Sabinum.*

SOlent qui nouerunt ſeruos fugitiuos alicubi celari, indicare eos dominis vbi celentur: quæ res non facit eos fures. Solent etiam mercedem huius rei accipere, & ſic indicare. Nec videtur illicitum eſſe hoc quod datur. Quare qui accepit: quia ob cauſam accepit, nec improbam cauſam: non timet condictionem. [z] D Quòd ſi ſolutum quidem nihil eſt, ſed pactio interceſſit ob indicium, hoc eſt, vt ſi indicaſſet, apprehenſúſque eſſet fugitiuus, [a] certum aliquid daretur: videamus an poſſit agere. Et quidem conuentio iſta non eſt nuda, vt quis dicat ex pacto actionem non oriri: ſed habet in ſe negotiũ aliquod. * ergo ciuilis actio oriri poteſt, id eſt præſcriptis verbis: niſi ſi quis & in hac ſpecie de dolo actionem competere dicat, vbi dolus aliquis arguatur.

* Flo. aliquid.

Ex contractu facio vt des, & do vt facias: oritur actio præſcriptis verbis: niſi datum fuerit propter pecuniam: & ſic actio ex empto daretur. Bartolus.

XVI. POMPONIVS *libro vicenſimoſecundo ad Sabinum.*

PErmiſiſti mihi cretã [b] eximere de agro tuo: ita vt eum locum vnde exemiſſem, replerẽ. [c]

a *Emptionem*. imò videtur emptio: vt ſupra de act. empt. l. tenetur. §. ij. Solu. ibi fuit vendita pro pretio: ſed hîc tantùm ad hoc data vt partem ædificij reficeret.

b *Deſinit*. in totum, in partem autem deſinere poteſt: vt ſupra pro ſoc. l. j. §. in ſocietate. Hic autem deſiit dominus eſſe in ſolidum tradendo.

c *Dedero*. id eſt tradidero.

d *Communicaretur*. idẽ de fructibus: vt. C. de pact. l. ſi paſcenda.

e *Abhorrere*. id eſt differre.

f *Quod hîc*. id eſt in hoc caſu quem proximè poſuimus.

g *Dicturum*. id eſt dicendum.

h *Pertinere*. in ſolidũ.

i *Vel ipſa*. ſub alternatione. Azo.

k *Areæ*. totius. Azo.

l *Eadem*. vt ſit ſocietas. Accurſius.

m *QVi ſeruãdarum. Suarum*. ſcilicet tantùm: vt. j̃. ſubiicit. ſed & ſi ſine cauſa, &c. Si verò cauſa communis periculi vitandi faciat, nõ in totum ſed pro parte tenetur ad collationẽ. Accurſius.

n *Nulla tenetur*. ſcilicet directa, vel de ſtricto iure: ſed de æquitate tenetur ſi fecit ſine cauſa vel dolo: vt ſubiicit. ſi ergo cum cauſa, nõ tenetur: vt hîc. Sed contra ſupra ad lega. Rho. de iac. l. ij. Solu. quod hîc dicit, non tenetur, verum eſt illi cuius merces proiectæ ſunt: vt hîc. tenetur tamen magiſtro: vt ibi. Vel hîc non proiecit dominus, vel nauta, ſed alius: ibi autem dominus. Vel hîc cauſa ſui: ibi cauſa communis vitandi periculi: & ideò agitur ex illa. l. Rhodia ad æſtimationem. Vel ibi fecit cauſa ſuarum mercium: & ideò in factũ generali. prima placet.

o *In factũ*. nõ Aquil. ſubſidiaria: quia non fuit in culpa: ſed generali tenetur. Fecit enim cauſa ſuarũ merciũ: & ideò in factũ generali tenetur domino mercium proiectarũ ad intereſſe. Quilibet enim diligens paterfa. feciſſet ita: quia proiectæ merces erant viles & ponderoſæ: proiicientis autem erant pretioſæ, & non ponderoſæ. cũ ergo ei nulla obiici poteſt culpa, non ex lege Aquilia, ſed generali in factum tenetur. Dic ergo ſine cauſa, quoad me dominum proiectarum mercium: ſuberat tamẽ cauſa quo ad proiicientẽ. Si autẽ debuit potius ſuas proiicere, quàm meas: tenetur ex. l. Aquil. propter culpam vel dolũ: & hæc in fa- A ctum actio excludit actionẽ de dolo: cùm & ipſa ſubſidiaria ſit: & etiã in locũ ipſius actionis de dolo deficiẽtis ſubiiciatur. Acc.

p *De dolo*. id eſt le. Aquil. propter dolum: vt ſupra ad. l. Aquil. ſi ſeruus. §. ſi quis. & infra. §. proxi. Azo.

q *In factum*. ſubſidiaria leg. Aquil.

r *Seruata*. ſcilicet le. Cor. de ſic. vt ſupra ad l. Aquil. inde Neratius. §. ſi dolo.

ſ *Agendum*. ſubſidiaria le. Aquil. vt. ſ̃. ad le. Aquil. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi quis de manu. & infra de acquir. re. do. l. in laqueum. in fin.

t *Actionem*. imò occurrit actio ad exhibẽ. vt. ſ̃. ad exhib. l. Iulianus. §. glans. quæ eſt contra. Solu. ibi dolo, hîc ſine dolo pauit.

u *De paſtu*. proprium nomẽ actionis: quę habet locũ cũ in tuo tuã glandẽ meo pecore depaſco: vt hîc, &. C. ad. l. Aquil. l. fi. Sed quid ſi mea pecora in tuo glãdes tuas paſta fuerunt ſine mea immiſſione? Reſpõ. habet locũ fortè de pauperie. Accur.

x *Iniuriæ*. quia fortè matura erat glãs: vt. ſ̃. ad. l. Aquil. ſi ſeru⁹ ſeruũ. §. ſi oliuã ĩmaturã.

y *Itaque*. vt ſupra ad. l. Aquil. l. qui occidit. §. ſi quis alienum.

*SOlent.*] CASVS. Si indicas mihi ſeruũ meũ fugitiuum, opus bonum operatus es: & non teneris furti. ſed ſi accipis pretium ob indicium, iuſtè accipis. ſi accipis promiſſionem pretij pro indicando: agere potes pręſcriptis verbis, vel de dolo. Vi.

z *Condictionẽ*. ob turpẽ cauſam: vt. ſ̃. de condi. ob tur. cau. l. iiij. in fin.

a *Apprehenſúſque eſſet fugitiuus*. Fuit ergo facio vt des: ex quo tantùm de dolo datur actio, ſecundũ Io. & ſecundũ hoc verbũ niſi, quod eſt. j̃. legas correctiuè. Vel dicas ꝙ fuit do vt facias: licèt fuerit præuentũ in faciendo: vt. C. de tranſac. l. cùm mota. & quod dicit niſi, mutat caſum quãdo fuit facio vt des, & tale factũ ex quo faciẽti abeſt, & alteri non adeſt: cæterum ſi ei nõ abeſt, vel alteri adeſt, datur præſcript. ver. vt dixi. ſ̃. eo. l. naturalis. §. quòd ſi faciã. & ſecundùm hoc niſi, non intelligitur correctiuè. Vel verius, non tantùm non ob. imò eſt pro nobis. nam hîc alteri adeſt, & datur præſcript. ver. & literam lege vt dixi, niſi, &c.

b *PErmiſiſti. Cretam*. ex cauſa donationis. Accurſius.

c *Replerem*. ex terra.

Incert.

a *Incerti.* id eſt præſcriptis verbis. Accurſius.
b *Ad exhibendum.* & rei vin. vt infra de dona. qui ſaxum. ſed & iniuriarũ: vt. ſ. de ac. emp. l. qui pendentẽ. Sed certè imò videtur hæc ceſſare: cũ dicat lex dari de dolo, quę in ſubſidiũ tantũ datur: vt. ſ. de dolo. l. ſi cũ mihi. quæ eſt cõtra. Sol. hîc exemerat, & dominus factus fuerat: ſ. tantùm ſumptum fecerat. Accurſius.
c *Permiſiſti.* ex cauſa donationis.
d *De dolo.* Sed hodie datur cõdictio ex lege ſi hæc permiſſio facta fuerit cauſa donationis: vt Cod. de dona. ſi quis argentũ. §. pen. & ſic ceſſat de dolo. Acc.

S[*I gratuitam.*] CASVS. Accommodaui tibi domũ vſu nõ deſignato: dubiũ eſt an ſit cõmodatũ, vel precariũ: & ideò datur mihi pręſcri. ver. Viuianus.
e *Habitationem.* i. domum plenam, nõ ſpecificato vſu ad quẽ vtatur domo. Azo.
f *Tutius.* ſi dubitetur ſit cõmodatũ: an precarium. Differũt enim hæc inter ſe: vt dixim⁹ ſ. cõmo. l. in cõmodato. §. ſicut. & eſt ꝑ hoc ſ. e. l. j. & ſic ceſſat cõmodatũ, cũ vſus nõ fuerit dictus, & ꝑpter dubiũ, ſecundũ Azo. Vel dic, ſecundũ Io. ꝙ nihilominus habet locũ cõmodati. nam & domus commodatur: vt. ſ. cõmo. l. j. §. j. Accurſius.
g *Ego.* ſ. dominus. Az.
h *Te.* qui accepiſti margarita vendenda.
i *Tuum.* niſi venalia habebã: vt. ſ. ſi cer. pe. rogaſti. Azo. Sed videtur indiſtinctè periculum reſpicere accipientẽ, ex quo æſtimata accepit: vt. ſ. de æſtima. act. l. j. in fi. Sol. vt ibi. Accur.
ADDIT. Dic ſecundũ Bart. quòd hîc fuit dictũ ꝙ reſtituātur margarita, aut pretiũ eorũ dũtaxat. Vel dic quòd æſtimatio hîc fuit facta pro quãto vẽderentur, nõ eo animo quod emptionẽ faceret, vel faceret tranſire periculum. ibi ſecus.
k *Præſcriptis verbis.* quãdo nõ apparet qui rogauerit: & culpa commiſſa fuit. Accurſius.
l *Si rem.* aliàs lex, & alias. ſ.
m *Si ignorem.* ſic ergo arctor vt certam actionẽ eligã: vt & dixi. ſ. loca. l. cũ in plures. §. veſtimenta. circa prin.
n *Condicere.* condictione furtiua. Azo.
o *Culpam.* exactam ſeu leuem. Azo.
p *Periculum.* ideò vſque ad exactiſſimam, vel leuiſſimam. Azo. Sed verius eſt quando ſui cauſa accepit, vt ad exactiſſimã teneatur ad inſtar commodati: vt. ſ. commo. ſi vt certò. §. nunc videndum. & agat furti, ſi ei ſurripiatur: vt. ĵ. de fur. l. rem inſpiciendã. ff. Vetus.

In vulg. edit. eſt. l. 19. Si rem tibi. Ant. Aug. li. 3. c. 1.

